lummodo, quod ibidem clarius gestum est, explicitur miraculum vere fatendum, quod suscitaret non solum legentis, verum etiam audientis inertiam. Sic quod per ejus meritum debilibus varie languentibus largita sunt, universa perstringi conarentur. Prope quam urbem in quandam insulam solo contiguam, gratia opportune manendi, cum accessissent, auditum est secretis quod nobilis levitae et martyris Christi Vincentii corpus illud esset. Conveniunt quidem pauci, et pro posse facultatis voti, seu muneris obsequia laeti ministrant. Inter quos quaedam mulier jamdiu oculis praecaeca cum adducta venisset, statim se ante sancti reliquias humo prosternit, ac magnis fidisque precibus per beati martyris praeclera suffragia lumen sibi donari poposcit. Quod cum fecisset, atque flens irrogando aliquamdiu perstitisset, mox cernentibus qui aderant universis, surgens ad oratione visum recepit, seque metipsam qualis venerit, qualisque effecta esset admirans, sic ajebat: gratias tibi Deus, tibique sancte martyr, qui me tuae virtutis ubertate dignam duxisti (a). Porro vicini aspicientes eam videntem, quam à multo tempore caecam noverant, simul cum ea gratiarum muneribus, Deoque Sancto martyri oblatis, cum gudio et mentis alacritate super hanc sibi coelitus visionem exhibitam, reversi sunt.

LECTIO NONA.

Profecti autem inde ad Bergam (*) castellum celeri quias postrata, lumen sibi do- que effecta esset admirans, aje- nari poposcit. Et aliquamdiu bat. flens ac in oratione persistens, (a) *E. lit. Duxisti. Profecti visum, cunctis qui aderant autem &c.* cernentibus, recepit, et seme- (*) *Ad Bergam. Berga op- tipsam qualis venerat, qualis-* pidum est ad Rubricatum (Llo-

cursu iter dirigunt. Unde (a) Dominus itidem praestito-miraculo, quid meriti, quidve gratiae apud eum sanctus levita et martyr haberet, clementer ostendit. Nam inter reliquos gratissima ejus munera requirentes, adfuit (b) delatus claudus, toto (c) corpore aegrotus. Is etenim intromisus ad sacrosancta ejus veneranda patrocinia, tunc, quemadmodum contingere in talibus solet, dolore pri-mum invaditur, atque eo valide per membra grassante in pavimento versatus nimis affligitur. Eratque hoc supervenientibus novum caeterisque omnibus visu mirandum. Attamen miserante se Deo, sanctique levitae martyris pii juvaminis auxilio sublevante, directis gressibus paullatim pedum, basibus sese consolidantibus, ambulare coepit, itaut laetitia sospitatis amica comitatus, per se ad suos sanus rediret. Quia vero lucerna non debet abscondi, sed ut luceat super candelabrum poni, jam illic (d) sanctum corpus tanto virtutum fulgore coruscum feretro aptantes. Salomonem comite, praevio pacificoque ductore Cerdaniam (e) venerunt. Ibi enim propter occurentes, et necessariam (f) viam itineris repausationem salubri consideratione aliquantis

bregat) amnem, in Catalaunis coepit primùm dolore valido apud Barcinonem urbem fluensem. Ptolemei aevo notum fuisse, probabile est. De hoc Castro Livius lib. XXIV. Bergitanos fuisse in Lacetania Plinii, docet Petrus de Marca, *Marc. hisp. lib. II. cap. XXXIII. §. V.*

affligi, et in pavimento volutari. Quod astantibus mirum videbatur sed paulo post merito Deo intercessione beatissimi Vincentii consolidatae sunt bases pedum ejus, et directi gressus: ita ut laetitia sospitatis amica comitatus, per se ad suos sanus rediret.

- (a) *Edit. Ubi.*
- (b) *Edit. Adfuit quidam delatus.*
- (c) *Edit. Totoque corpore aegrotus. Qui coram reliquiis (ut in talibus contingere solet)*
- (d) *Edit. Jam illud.*
- (e) *Edit. Cerdaniam usque*
- (f) *Edit. Et necessariam itineris quietem, salubri &c.*

perstare decreverunt (*a*). Intrantesque in quatdam ejusdem provinciae villam, quae (*b*) priscis cultoribus datum sibi nomen Albus accepit, imposuerunt illud (*c*) simul cum feretro super altare ecclesiae (*d*) in beatae Virginis Mariae honore, Christo Domino in eodem loco dicatae. Quo innumera per biduum populorum geminis ex plebe collecta reperti sunt, aliis exemptis, contracti genibus duo, et una debilis mulier, caecus unus, ac febricitantes seu inergumeni (*e*) ejus sanctis meritis ab omni infirmitatis (*f*) gravidine liberati. Nec audivimus, quod ullus quocumque debilitatis morbo invasus, si fideliter accessit, se vel advenisse vel certè sine remedii medicinâ recessisse doluerit.

LECTIO ALIA.

Bene (*g*) igitur per singula mansionum loca patratis miraculis, ut, verbi gratia, in (*) Libiâ duobus claudis erectis, et (*h*) Carcasonâ (**) extra videlicet urbem, in

(*a*) *Edit.* Decreverant. Intrantesque quamdam.

(*b*) *Edit.* Quae à priscis cultoribus nomen Albus accepit.

(*c*) *Edit.* Illud super altare.

(*d*) *Edit.* Ecclesiae beatae Mariae Virginis. Quo innumerâ multitudine utriusque sexus per biduum confluente, reperti sunt inter eos, contracti genibus duo.

(*e*) *Edit.* Energumeni.

(*f*) *Edit.* Infirmitatum.

(*g*) *MS. Rip. et edit.* Pænè igitur.

(*) *In Libiâ.* Libia seu *Livia* oppidum perantiquum erat circa *Sicoris* fontes. Castrum hoc *Cirritaniae caput* vocat Ju-

lianus Toletanus in historiâ expeditionis Wambae regis versus Paulum tyrannum (*ap. Duchesn. t. I. pag. 824.*) Libiae finium et Cerritanensis opidi meminit et Isidorus *Pacensis* ad annum DCCXXXI. ubi agit de rebellione Munozii Mauri versus Abderramanem. Liviae istius frequens intentio est in veteribus actis ac praecipue in praeceptis regiis Ludovici Pii et Karoli Calvi (V. *Marca hispan. lib. I. cap. XII. §. IV. seq.*).

(*h*) *Edit.* Et in Carcassona extra urbem.

(**) *Carcasona.* Vetus et celebris *Volcarum Tecto sagum*

ecclesiâ, sub ipsius levitae et martyris vénératione Christo: sacratâ, daemonicis, infirmisque aliis non paucis curatis, jam laeti Castrum quò tendebatur, praecipui patris (*a*) beati Benedicti monasterium appropinquant. Si (*b*) qualis fuerit tantâ exceptione dignus, cum crucibus, ac cereis, omnibus (*c*) congruis ornatibus ille monachorum splendi-
dus apparatus, nec non et devotissimus populi concursus, reor superfluum si exponi contendantur (*d*): praeter quod apparatus decentissimus, populi verò utriusque sexus mul-
titudo inextimabilis fuit. Interea ploratus à multis funde-
batur, atque cantilenis sese singultus intermiscens, alternis
refractionibus voces psallentium quatiens suffocabat. Mar-
tyris itaque corpus servandum venerandumque in ecclesiâ almae genitricis Dei Mariae ante ipsius coenobii portam collocaverunt, ob devotam maximè foeminarum frequen-
tiam, quibus monasterii ipsius aditus ex antiquâ patrum (*e*) loci consuetudine denegatur. Disposuerant (*f*) tamen quatinus in ejus honore hoc ipsum etiam tempore secun-
dante, extra eundem monasterium non multum quidem
longe ad eum tumulandum nova exinde et major cons-
titueretur basilica, quae communem viris pariterque mu-
lieribus praeberet introitum. Igitur universis rite decenter-
que compositis, ac miraculorum signis plurimis patefactis,
regrediuntur unusquisque per turmas suas.

Si quando forte poterat dubitari de tali ejus inventio-

in Galliâ Narbonensi urbs, Car-
casso Ptolemaeo, Carcassio
Procopio, post *Carcassona* dic-
ta.

- (*a*) *Edit.* Patris Benedicti.
- (*b*) *Edit.* Sed qualis.
- (*c*) *Edit.* Omnibusque.
- (*d*) *Edit.* Contendatur. Mar-
tyris itaque corpus &c.

(*e*) *Edit.* Ejusdem loci.

(*f*) *Edit.* Decreverunt ta-
men novam basilicam in ejus
honorem monasterio vicinam
extruere: ad quam utriusque
sexus personis devotis liber sit
accessus.

Sed quoniam forte poterat
&c.

ne, sive optata (*a*) dilatione; illud etiam omnipotens Deus providae suae bonitatis cumulo in ea exceptione hoc primo facto miraculo roborari non destitit. In villa vero Incellas, à monasterio plusquam tribus distante millibus, hoc constituit inter alia palam praesentibus cunctis miraculum. Femina namque ibidem adhuc degens, nomine Attrudis, adivit à vicino domus suae quod deposito laneficii opere, ad beati Vincentii obvianda patrocinia aliis occurrentibus, et ipsa quoque festinaret occurrere. Quae recusans, et quod est magis, sub nomine martyris quilibet inaurus ethnicus vel hispanus cacinno pleno guarrulae contendens, exemplo omnium privata membrorum officiis contrahitur, ac veluti cadaver miserabiliter in terra (*b*) consternata, vitam se mox exspiraturam terribili voce proclamat. Taliterque divinæ virtutis potentiae, sanctique levitae et martyris verani experta praesentiam, menteque prona amicos sive propinquos efflagitabat, quatinus eam, si qua sui eos curram habebat, cito transferrent. Qui celeres ejus petitionis verba compleentes, super impositam rotis, ad sancti templum miserandam pertrahunt. Ubi per dies novem aspicientibus multis, eamdem percussionibus (*c*) debilitatem sentiens mansit, atque post alios novem saluti reformata,

(*a*) *Edit.* Et optata delatione, hoc omnipotens Deus ad cumulum suae bonitatis tali miraculo roborari voluit. In villâ Vidcelias, à monasterio tribus dumtaxat millibus distante, femina quedam ibidem adhuc degens, nomine Attrudis, à vicino suo admonita est, ut deposito laneficii opere, in occursum susceptionis B. Vincentii martyris cum aliis properaret. Quod illa facere recusans, cum

cacinno dixit esse potius corpus cuiusdam maori ethnicus, vel hispani, quam martyris. Et exemplo omnium privata &c.

(*b*) *Edit.* In terram consternata, se mox exspiraturam terribili voce proclamat: rogatque suos, ut ad sancti templum deferatur. Ubi curru lata, per dies novem &c.

(*c*) *Edit.* Percussionis debilitatem sustinens mansit.



valetis, ut nunc quoque valet, exilivit (a).

Cum vero (b) frequentantibus locum plebibus, sive infirmis variis languoribus oppressis sanitatum medelam exquirerentibus; à Cerdaniae partibus quidam prosequentes (c) aut longe à monasterio propriis rebus expoliati, nudi ad sanctum gemebundi flentesque pervenient. Sed mirum in modum gratia supernae accidit aequitatis, ut qui fuerant praedatores, aliorum (d) capti praedâ fugere temptantes, ad verani (e) sibi profectionem mirabiliter coacti, cum universis quaecumque (f) abstulerant, ad eundem locum festinanter accederent. Qui (g) sese obviantes agnitisque vultibus constanter intuentes, isti timere, illi vero multo amplius admirari coeperunt, et utrum ne ipsi, an certe alii eorum similes essent, mente dubiâ cotientes haesitabant. Tandemque remanifestâ, et volentibus in reos humanitè populis consurgerè, supplices quinam nuper tulerant zelo vindictæ accensi exorant, non quid mali eis ob Christi, sanctique martyris amorem inferrent. Quod cum donatum, sive etiam difficulter impetratum fuisset, receptis omnibus, Deum, sanctumque laudantes Vincentium, ad propria singuli repedant; isti de inventis, illi autem de venia gratis acquisitâ jocundi.

Neque (h) enim hoc silenter praetereunduti est, quod

(a) Edit. Exiuit.

tibusque populis in reos con-

(b) Edit. Enim vero.

surgere, supplices rogarunt ne

(c) Edit. Venientes.

quid sibi mali ob Christi sa-

(d) Edit. AlIorum fugere
tentantes.

tique martyris amorem infer-

(e) Edit. Adversâ sibi pro-
fectione.

rent. Quo impetrato, omnia res-
tituerunt: et Deum sanctum-
que laudantes &c.

(f) Edit. Quae abstulerant.

(g) Edit. Nec silentio praæ-

terendum, quod pari adini-
tiatione dignum est. Quidem
enim ex Camerensi pago &c.

tatione dignum est. Quidem
enim ex Camerensi pago &c.

simili quoque admiratione dici potest. Quidam ex Catmarenzi pago, causâ orationis, inclinato jam die adveniens, lanceam suam uni arborum, quae sunt ante memoratae basilicae ingressum; servato religionis honore innixam reliquit. Cumque ecclesiam sic exarmatus intrasset (*a*), seque petitionis effectu propter quod venerat, devotè mancipasset, statim fur dilitiscens conceptam peperit iniuitatem, lanceam tollens, et aufugiens. Qui dum ad domum suam, non longe positam, solitâ gavisus nequitia, cito regredi vellet, semitam arripuit mentis oblitione captus, quae cum ab ejusdem viri tugurium cujus erat hastâ, infra triginta ferme leugas (*b*) jejuniò ac itinere per totam noctem fatigatus transposuit (*c*). Residensque mane ante ipsius dominus januam fessus, quodque sitis ardorem pauxillo aquae haustu repellerebat, ab eis uxoris manu inianter postulans supplicavit. Quam mercedis cupida mulier dum obtulisset, arma viri sapiens contemplans recognoscit, atque qualiter sibiique sit actum didicit, mirans, et sancti Vincentii virtutem magnam esse protestans, et veniam confidenti tribuit, et lanceam, ipso magnopere quo reciperentur postulanter, proprio loco restituit. Latro vero, sensu receptio, ad propria meritò tali castigatione emendatus recutrit.

Quoniam de sancti levitae et martyris fabricandas ecclesiae constructione mentionem intulimus (*d*), novum

(*a*) *Edit.* Intrasset, et orationi devotè insisteret, fur quidam lanceam ejus raptâ aufugit, domum suam non longè positam petens. Sed mente perturbatus, ad ejusdem viri tugurium &c.

(*b*) *MS. Rip.* Leucas.

(*c*) *Edit.* Devenit. Cumque sitiens paululum aquae pete-

ret, muliet agnitam mariti hastam recipit, et furi reatum suum confidenti pepercit, non sine admiratione virtutis sancti Vincentii, qui peregrini sui injuriam eo modo reparari curavit.

(*d*) *Edit.* Quando quidem de nova S.

Vincentii levitae &c.

(*e*) *Edit.* Fecimus, con-

DE DOCUMENTOS.

191

decet inde huic loco inseramus miraculum. Illuc etenim celebri frequentia confluentibus populis, fuerunt plusquam ducenti viri ac mulieres cum parvulis vel infirmis, qui pari consensu statutam decreverant diem, quando ad beati martyris reliquias simul adessent. Sumptis itaque victualibus et non solum... verum etiam qualiumcumque potuerunt munerum votis; laeto animo ire caeperunt alacres. Inter quos caecus quidem, rebusque pauper, ne in sancti servitio vacuus appareret, lapidem sibi ex itinere a ductore non parvum quidem dari poposcit, atque illum festinè (a) levatum collo supposuit. Cumque a plebis (b) stultitia redargueretur, eo quod impossibile temptavisset, a conyiantibus reprehenderetur: asseruit dicens se ab incepto tuncquam quiescere, donec munus assumpti lapidis ad sancti viri novi templi structuram deferret. Nec mora (c), immo inter haec eadem verba statim caecam oculi diurnam longinquitate clausi aperiuntur. Unde stupentibus, et quod factum fuerat mirantibus universis hiis qui vidérant, ac si ponderis nichil ferret, caeteris velocius ante currit, lapidis faciens ad manus cimentariorum usque provexit.

LECTIO:

Vir igitur venerabilis Elisagar (*), Tolosae civitatis epis-

gruum est huic loco novum referre miraculum. Ad hanc enim constructionem confluentibus pariter plus quam ducentis vi-
ris cum muneribus, praeter mulieres, parvulos et infirmos. Inter quos fuit quidam caecus,

(a) Edit. Subito levatum.

(b) Edit. A plebe stultitiae argueretur, ut qui rem impos-

sibilem propter pondus atten-
taret, asseruit se &c.
(c) Edit. Nec mora, inter
haec verba, depulsam caecitate
visum recepit.

Vir igitur venerabilis &c.

(*) Elisagar. Memorat hunc religiosissimum antistitem Catellius in catalogo episcoporum Tolosatium, et Elisagar

copus, his (*a*) virtutibus auditis insignibus, jure pastorali clerum (*b*) simulque plebem commonens hortatur, ut qui vellent ad sancti martyris orationem secum ire pararent. Qui dum decreto tempore (*c*) discalciatus, forma factus gregi à nono etiam milliario reverenter advenisset, erat praeterea cor illius miraculum videre desiderans, aliquis de turbâ utrasque manus habens à nativitate debiles, interfuit, Dei pietatem sanctique martyris virtutem devotâ mente sibi subvenire deposcens. Cumque stans oraret, lacrymarumque rivus infusus coelum sursum intenderet, confessio eo prius nimium vociferante, manus quae nunquam aperatae fuerant, Dei nutu, sanctique levitae et martyris rogau-

scribit: MS. Rip. et edit. *Hæ- pus et universi qui cum e lisagar*: Galliae Christ..scrip- erant, in laudes divinas pro- tores *Helisachar*. Adfuit con- rumpunt, litanias, hymnos & ventui abbatum apud Tolosam¹ Te Déum laudamus lacryma habitu à Raymundo marchio- "voce psallentes, ipsasque ma- ne anno 861, : : : : : nus sanguine litas jam gaud

(*a*) *Edit.* His auditis virgu- magno deosculantes.

tum signis.

(*b*) *Edit.* Clerum populum- que hortatus est, ut qui.

(*c*) *Edit.* Decreto tempore pastor bonus ovium turmis cir- cumseptus à nono etiam millia- rio discalceatus, forma factus gregi, reverenter advenisset, quidam èoruin. digitos utrius- que manus ab ipsâ nativitate ita contractos et volae haeren- tes habens, ut numquam ex- plicari seu extendi valerent, post orationes et lacrymas co- ram sancto martyre fusas, sen- sit eos solitos, manente tamen vivo cruento è locis quibus prius inhaeserant. Quo viso episco-

Quidam argentum sibi ad-

quod opus necessarium in sim- absconderat. Quod inverecu-

dè mulier in latrocinandi am- perita extraxit. Sed manus ei

ipsum argenteum contine- ssi

tini obriguit, ita ut eam te-

aperire, nec ad se (cunctis v- dentibus) reducere valeret. Ipa-

verò ad S. Vincentii sacra- liquias configiens, et ibide-

cum fratribus aliisque fidelib-

devotè orans, curata est, ma- nuque relaxatâ furatum argen-

tum restituit.

Alius caecam habens filia

à nativitate, eam medendi &

DE DOCUMENTOS.

193

solvuntur à cunctis digitorum locis, quibus inhaeserant, vivo cruce manante. Quo viso episcopus et qui cum eo erant universi, ipso Christe audi nos, et letania dicente, laudes producunt hymnidicas, Te Deum laudamus, te Dominum confitemur, lacrymosâ voce dicentes. Ipsasque manus sanguine lotas, tam episcopus, quam alii gaudio pleni acceptas deosculantur, vero aeterno omnipotenti Deo super hoc et aliis quaecumque viderant vel ibidem gestis audierant magnalibus, gratiarum actionum vota solventes: servus Dei nomine monachus et sacerdos qui vidit, huic miraculo testimonium dedit. Potuissemus quoque per singulas virtutes non modo singulæ, binæ, vel ternæ, sed insuper plura, si voluissemus, videntium ferre testimonia.

Extitit praeterea inter confluentes, qui proprium et sibi necessarium argentum, cuiuspiam operis inde negotium exercere cupiens, in sinu detulerat. Huic, quod est pudendum dicere, accessit foemina, et quacumque arte valuit latrocinante minus cautè argenti partem abstraxit. Quod cum sinu peractum nefas abscondere vellet, manus ei, ut erat clausa, unâ cum denariis brachio sursum erecto continuatim obriguit, quatinus nec aperire eam cum vellet, nec ad se reducere, cunctis videntibus, posset. Quo publicato delicto, omnibus quae acciderant clamorè propalantibus quae in alium commisserat mulier sibi prospiciens, arrepto cursu ad basilicam confugit, in qua sancti levitae et martyris, ut praeposuimus, sacrae interim positae servabantur reliquiae. Illic ergo flexis genibus, et orantibus pro se qui aderant fratribus caeterisque devote fidelibus, Christo miserante, manus obstricta digitis sese relaxantibus apperitur, atque ei qui dispendium incurrerat, in praesentiarum absque ullo diminutionis dampno argentum coelesti clave custoditum restituitur. Sic uterque ille à moestitiâ, latro autem à poenâ immunis gaudens evasit.

TOMO IV.

N

LECTIO.

Hinc etiam videamus quid insuper et pro absente suo martyre celsa majestas operari per loca disposuerit. Nam quidam etsi operis pauper, fide forsitan locuples, à nativitate caecam habens filiam, eam medendi fretus fiduciā, ad sancti martyris passim divulgata patrocinia adducere statuit. Qui dum monasterium (*a*) sumpto voto jam festinans appropinquaret, innotuit sibi à dicentibus sanctum deesse Vincentum, eumque alium ad locum ob invisum paganorum timorem sublatum. Ille vero nolens quiescere donec proprio experimento quae dicebantur, adisceret, citato gradu pervenit ad locum. Sed rei veritate compertā, quid miser faceret, quid ageret mente turbatus ignorabat. Tandem vero tristis atque filiae caecitatis plenus amaritudine, in bivio residens ad salubre orationis portum spei anchora tutus novum vertat confugium. Coepitque immensae Domini potentiae subsidium flens implorare, atque quod suam et filiae misereretur orbitatem perseveranter expetere, piumque Vincentii efflagitans auxilium ajebat lugens, et praecordis anxietate crebrius ingeminabat dicens miserere, Christe, miserere, o beatissime Vicenti, misere michi misero: misere huic filiae meae (*b*). Neque soli quaco inveniamur, quibus misereri indignum judicetur. His lacrymarum vocibus superna, quae non dormitat, ad miserendum excitata clementia, continuo obtinendum magni agonistae precibus, fide parentis (*c*) posse videndi puellae restituit.

(*a*) *Edit.* Et ad monasterium se, crebrius ingemiscens dice usque veniens, ubi comperit bat: miserere &c.

ipsum sacrum corpus, propter (*b*) *Edit.* Meae. His lacry timore pagorum norman marum.

norum, ad remotiorem et tutio rem locum transportatum fuis- (*c*) *Edit.* Et fide parentis lumen restituit puellae.

LECTIO.

Siquidem Normandi (*a*) quorum libido metu sancti levitae et martyris corpus sublatum recesserat, tunc temporis ex Guaronna fluvium à Pipino conductis marcimoniis pariter cum eo ad obsidem Tolosam attentaverant. Hoc itaque contendentes agonizabant, qualiter urbem caperent, terram autem pede ignisque plaguâ vastarent, atque incolas exiciabilis ferri mucrone sanguinis sitibundi perimerent. Unde non solum Tolosanæ, sed re vera Albenses omnes ne forte solito illis supervenientes, insperate præoccuparentur grave percussi formidine, huc atque illuc exterriti mortis periculum evadere concertanter diffugiunt. Monachi verò cum pro se, tum insuper magis solliciti et paventes pro sancto, ne in modico perderent quod secum tanto laetabantur acquisisse labore, providi sacrum sumentes corpus ad alium tutiorem locum secedunt. Insistuntque rogantes, quatinus illos in tribulatione praesentis angustiae ejus omnipotens Deus precibus dignaretur adjuvare, cuius victricia membra etiam post mortem pelago immersa, ne ponti voragine absorberentur, potenti dexterâ gubernavit. Denique Normandi post aliquos dies in vanum exâcto simul cum conductore innani obsidione fugati recedunt. Non ut conati fuerant, excepta in circuitu facta praeda, Dei miseratione sanctique levitae et martyris rogatione repulsi se prævaluuisse stomacho laesi dolentesque discedunt. Monasterii verò fratres mox ut se fama securitate perlata est, obviantibus sibi fidelibus, sanctum reve-

(*a*) *Edit.* Nortmannis autem, qui ad obsidem Tolosam venerant, abscedentibus, monachi sanctum revehunt cor-

pus; dignisque eo in loco, ubi prius fuerat, officiis venerans, dum reponunt.

reenter corpus dignisque eo in loco ubi prius fuerat, officiis venerandum reponunt.

Rursus puella quaedam à nativitate caeca, indubitanter credens interventu sibi (*a*) tanti martyris suffragio (*f. sorori*) praecepit supplicans ut se quantotius ad eundem festina perduceret. Quae dum simul euntes incederent, ejus simili modo à referente veri Athletae praesentiam abesse cognoscunt. Tunc gemis sevientes glaciali austritate terrae, atque longioris viae cursum quo sanctus abierat, per aspera juga montium explere non valentes, quae inerat sororem hortatur quatinus ex eâ quam secum tulerant cerâ, candelas studiosa produceret, easque saltem ad locum, quo sanctum corpus dum iret, ad modicum pausatum substiterat, pro se ponentes deferret. Audierat locum miraculis celebrem, ita ut etiam animalia sensu (*b*) carentia illum contingentes debilia redherentur. Quod cum fecissent, atque se illic ambae gementes (*c*) solo humiliiter adhaerentes prostravissent, fusâ prece quae lucis nescia venerat mulier, exultans coepit (*d*) dicere se clare quaeque aderant cuncta videre. Itaque Dei, sancti levitae et martyris pie-
tate, novam solis nunquam viderat claritatem, experta, si-

- (*a*) *Edit.* Interventu tanti in itinere ad modicum pausatam martyris se posse lumen recipere, sororem rogavit, ut ad eum quanto cyus perduceretur. Quae dum simul incederent, audierunt in terram procul remotam delatum fuisse. Ad quam propter rigorem hyemis et aspera juga montium non valentes pervenire; caeca sororem suam hortata est, ut ex cerâ quam secum tulerant, candelas conficeret, easque saltem ad locum, quod sanctum corpus
- (*b*) *Edit.* Ratione carentia.
 (*c*) *Edit.* Gementes prostravissent.
 (*d*) *Edit.* Coepit clamare se clare videre.
- In eodem Albiensi pago fuit quidam pescator, nomine Ubisdandus, qui cum videret socios suos piscatum pergentes, in praefato loco causa veneracionis morari, eos increpabat dicens &c.

bimeti si in redeundo jam manu sororis dimissâ, trahitis gradum laeta providit, fuitque hoc affinibusque universis cum admiratione stupendum, necnon et cum nimia gratulatione colendum.

LECTIO.

In eodem igitur Albiensi pago non solum nomine verum etiam punctionis actu Ubidandus incola notus, cùm videret socios, pescatum pergens, eundem locum causâ venerationis solemniter adire, cur semetipsos primum ac se deinde ab agendo retardarent officio, quaestu mordaci increpabat dicens: vellem, inquit, arbores hujus silvae universas adoraretis, qui omnium plateas viarum indiscretâ consideratione oratorii religione sacratis. Cumque haec et alia cordis rancore permotus, amaricatis rimium verbis profunderet (*a*), *illico petulans os ejus in aurem sursum* convertitur, atque (*b*) monstruosus quam dici possit à suo loco transformatur. Sociis vero pro eo quod factum fuerat non solum stupentibus verum etiam procul ab eo fugientibus, elevans miser se prorsus inania locutum poenitet, ac quibuscumque valet latratibus, se criminis reum, beatum autem sanctum Vincentium sanctitate fatetur eximium: curritque jam nullo monente, atque locum toto extensus corpore pronus adorat, contumeliosum se vocè confusa blasphemumque inculpans. Deinde surgens ad ecclesiam in qua sancti levitae et martyris corpus excolebatur, velociter perrexit; eamque ita celebrem singulis horis diei vel noctis, donec sanaretur frequentavit (*c*).

(*a*) *Suppl. ex MS. Riz.* tumeliosum et blasphemum

(*b*) *Edit.* Atque ultra quam fuisse fatetur. Deinde ad ecclesiā &c.
dici potest, monstruosum efficietur. Tuncque poenitens ad praedictum locum cucurrit, totaque extensus corpore se con-

(*c*) *Edit.* Frequentavit.

Hac itaque luce.

quemadmodum dignum sibique necessarium esse perceperat.

LECTIO NONA.

Hac itaque mirabilem luce longe lateque diffusam, etiam à nativitate addacti caeci illuminabantur; surdis et multis sensus officia reddebantur, claudi curabantur, energumeni daemonibus fugatis mundabantur, ne non et aliarum infirmitatum quacumque molestiam aggravati praesentes, absentesque sani efficiebantur. Unde paupercula quaedam ex (a) multo tempore luminum à sui vissione praeventa, dum in vehendo alieno uteretur adminiculo, à quibus sociabatur tedio desidis atque fassis in viâ deseritur. Quae se omnimodis et cui à nemine miseretur abdicata intelligens, tantum petiit candelas, suae orbitatis munacula, à quovis illorum illuc perferri, atque ante sancti martyris altare lucernas accendi. Hoc dum illorum unus manum extendens perficere vellet, ecce mulier candelas quas porrigebat, aspicit, atque recolecto brachio, gressuque diffuso, iter quod coepérat, plerosque ante vadens continuat. Sicque cum proficiscentibus gradiens, atque quotidie paulatim semper clarius videns, per seipsam cum

(a) *Edit.* A multo tempore Iuminibus privata, cùm ad S. martyrem duceretur; in medio itinere à ductoribus taedio et labore fassis derelicta, rogavit quemdam adstantium, ut saltimi candelas (suae orbitatis munacula) ante S. martyris altare accensas offerret. Qui dum manu extenta eas accipere vult, ab ipsa muliere videntur; recolectoque brachio, jam non ductorem nec earum latorem

quaerit, sed hilaris et de die in diem clarius videns iter coepit, etiam plerosque ante vertens, perficit, et tandem ad sepulcrum B. Vincentii pervenit. Ubi candelis ardentibus, non per alium, sed per se oblatis, plenam oculorum aciem recepit.

Huic simile est miraculum in Rotenensi pago, qui vulgo Rodinigus appellatur, patratus. Quidam contractus &c.

gratiarum actione ad sancti levitae et martyris tumulum plaudenti animo currens pervenit. Ubi gratia divinae claritatis et largua sancti levitae et martyris intercessione post aliquantulum ampliore videndi munere donata, tali medicinae collirio cum suis hilaris remeavit.

ALIA LECTIO.

Ex simili proventu addatur huic texto consimile miraculum. Arotensi (*) namque pago, qui vulgo Rodinicus appellatur, quidam contractus genibus cum (a) adduceretur, eis à quibus juvabatur, pigritiae vel laboris fatigatio addictis, solus itineris medio, humano destitutus auxilio, plorans relinquitur. Sed quia Dominus de quacumque necessitatis angustia ad se clamantium preces misericorditer exaudire non cessat, extemplo (b) miseratur misserum, ac coelesti perfusum medicamine jacentem debilem facit erectum (c): qui proprii conaminis annisu levatus

(*) *Edit.* Rotenensi. *Ruteni* seu *Rhuteni* populi sunt solus et plorans derelictus est. Sed quia &c.

Galliae in parte orientali Aquitaniae, ubi postea Rutenensis provincia (*i.e. Rovergue*) inter Gabalos ad ertum, Arvernos ad boream, Cadurcos ad occassum, et Heleuteros ad austrum. Urbs eorum praecipua olim Segodunum, vulgo nunc *Rutena*, gallicè *Rodez* appellatur, ad Veronium fluvium. Ejus episcopus Bituricensi metropolitae subest.

(b) *Edit.* Extemplo.

(c) *Edit.* Erectum: adeo ut magnis passibus gradiens, suos desertores mox assequuntur. Illi autem tanto miraculo attoniti, se ipsos accusare, vehementerque redarguere cooperunt, quod colestis remedii beneficio dignum, ita pigri inlementesque deseruissent.

Consuetudo, ut meminimus, praefatae congregationis fuit, ut foeminae omnes ab ingressu monasterii arcerentur. Id circa Sec.

(a) *Edit.* Cùm ad S. Vincentium adduceretur, à suis ductoribns ignavis, pigris et inhumanis, in medio itineris

incipit mirabili modo, non pedetentim quidem, sed gradatim post terga cunctum sequi, relinquentium currere per se, ad sanctum de incolumitatis dono gavisus pertingere satagens. Cumque venisset, attoniti qui se paulo praecesserant, quique solo juvante absque pietatis respectu dimiserant, mirari coeperunt, et an idem esset eundem incunctanter cooperunt inquirere. Ipse vero et se idem esse contestabatur, et laudans gratulabatur non eorum adjutoris, sed almi martyris Christi Vincentii meritis gloriosissime se sanatum esse. Illi autem facti miraculi considerato mysterio, seipso accusare vehementerque redarguere coeperunt, cur coelestis remedii beneficio dignum ita pigri clementesque deseruerint, nec se utique arbitrati sunt dignos, qui tantam mercede remunerationis invenirentur accepti.

LECTIO.

Mos est, ut meminimus, ex antiquâ consuetudine praefatae congregationis foeminas omnes ab ipsius loci ingressu quiescere. Idcirco ejusdem coenobii fratres (*a*), ne idem sexus illuc sedule confluens, si à sancti martyris aceretur præsentia, scandalum repulsionis pateretur, hoc prudenter consilio decreverant quatenus, ut praemissum est, beati levitae et martyris corpus in supradictâ poneretur Dei genitricis basilicâ, donec venientibus satis fieret mulieribus. At vero defluxo tempore, et hujusmodi conventu per dies cessante, intulerunt illum (*b*), cum

- (*a*) *Edit.* Fratres prudenter providerant ut corpus B. Vincentii levitae et martyris in basilicâ Dei genitricis Mariae poneretur, ad quam liber erat mulierum accessus. At veterò successu temporis conventu hujusmodi per dies cessante. (*b*) *Edit.* Illud in seniorem monasterii &c.

DE DOCUMENTOS.

201

visum fuerit, ab officii congruentia maxime in senioreni monasterii ecclesiam, atque retro altare beati Benedicti, donec ejus templum consumaretur (a) honorifice collocantes, deposuerunt. Post hac mulier ab annis plurimis coeca (b) adveniens, ut audivit quid actum erat, lacrymosis vocibus adeo deflens ingemuit, se omnium miserrimam esse mulierem inclamatans, quae sola tanti medici diligentia invenitur aliena: sed inde sedato spem sibi salutis in hoc ipsum ad postremum mulier concepit, si quocumque modo, vel contumeliose rejicienda, locum quo sanctus jacebat, vel impudens attemptaret. Ducente denique se previo, ecclesiae lumini jam pedem inchoaret inferre, quidam transiens omnimoda communicatione prohibens retuit, ne ullo modo quod nulli licebat foeminarum praesumeret. Inveniamque repulit atque retrorsum moestam abire coegit. Quae suspirans, ac ad coelum, inde fiduciam habens, oculos mentis erigens, sancti martyris sibi provenire supplex orabat solatum, sicque inter lacrymarum flumina veluti eandem coecitatem explorans, videndo recessit, atque semina plorationis cum exultatione metens; provido gressu gaudendo repedavit.

LECTIO.

In quodam loco eidem coenobio adjacenti, qui Vulgari (c) Cella nuncupatur, hoc memorandum floruit (d)

(a) *Edit. Consumaretur posuerunt.*

(b) *Edit. Caeca conata est usque ad locum quo sanctus jacebat, ingredi: sed quidam obvians hanc repulit, atque retrorsum moestam abire coegit. Quae suspirans, ac ad coe-*

Ium oculos mentis erigens, sancti martyris sibi provenire supplex orabat solatum. Sicque inter lacrymarum flumina caecitatem expulit.

In quodam loco &c.

(c) *Edit. Waldarii Cella.*

(d) *Edit. Enituit.*

magnae virtutis preconium. Secus (a) enim ipsius loci confinio, multo exercitus agmine casu influente, qui ibidem degebant fratres, Ermengaudum Albiae comitem adiunt, orantes ut sata condaminae (*) quae in latere ipsius cellulæ sita habebatur, ab hostium invasione equorumque depastione, suâ tutelâ servando protegeret. Prata (b) namque illis in partibus, aut nulla, aut certè inveniuntur rarissimè. Qui praecepit ex palliis sancto Vincentio à pauperibus mulieribus anteriore tempore oblatis, quatuor totidem virgis alligari, sicque in circuitu jam florentis agri pariter cum ipsis affigi, quatinus eo signo à messis direptione hostes temperare deberent. Non tamen defuit super quem

(a). *Edit.* Secus etenim ipsum locum diffusis militum copiis monachi Ermengaudum Albiae comitem adierunt, orantes ut ab hostium invasione equorumque depastione eorum sata protegeret.

(*) *Condaminae.* *Edit.* *Mabillonii condiminae.* *Condamina*, *condimina* vel *condomina*, scriptoribus infimae latinitatis, quasi *Condominium* à jure unius domini dicta est, vel ut alii volunt, quasi *campus domini*, à voce occitanâ *camp* aut *con* (*campus*). *Acta consecrat. eccl. Urgellensis ann. 819.* (ex chartular. ejusd. eccl.) *Condotamus etiam condaminam propè hortum S. Mariae, et aliam contiguam condaminam, et hortum praefatae condaminae adhaerentem.* *Donatio Avae comitissac Barcin. ad monast. Cuxanense ann.*

941. (ex chartul. ejusd. monast.) *Tradimus ad jam dictum monasterium... hortos duos cum arboribus, condaminas tres.* Eadem notione usi sunt vocibus *contaminea*, *contamina*, *condoma*, *conduma*, de quibus videsis *Gloss. Dufresn.*

(b) *Edit.* Nam in illis partibus per pauca extant prata. Qui quatuor pallas ecclesiae S. Vincentii à pauperibus mulierculis oblatas praecepit assumi, et totidem baculis seu perticis alligari, atque in circuitu florentis agri affigi, quatenus eo signo à messis direptione hostes temperarent. Sed unus eorum tale signum despiciens, pallam unam cum baculo in terram excussit, et ab equo, quem in ipsa sata inducere nitebatur, versis calcibus in fronte percussus, spatum exhalavit.

virtus animis et salubris castigatio exhiberetur coeteris. Denique hostium unus vissis virgulis palliisque (*) desuper positis, quasi admirans, quidnam hoc fore vellet, conquisivit. Sed cognito quod tali signo seges illa beatæ levitæ et martyris Vincentii tueretur, excusso pede, virgam leviter impulit, atque quod gestum fuerat, superbiâ turgidus, respectui habens, pallam unam simul cum virgâ præsumptuosus satelles in terram excussit, statimque veritatis examine id prosequutum est, quod dignum rationis memoriâ praedicandum in futuro servetur. Equus verò, quem perversâ mentis obstinatione satis inducere laborabat, perseveranti reluctance, asinam illam immitando Balaam, simili ferè modo prohibitus restitit, ac se pronuntiante ut iret, versis calcibus in frontem percussit, ita ut luminibus oculorum primum evulsis, mox spiritum exhalaret. Quo audito, nec non et admirandâ proclamatione per hostes diffamato, timor universos invadit, evidensque Dei iudicium sanctique martyris meritum ubique evidens praedicatur à cunctis.

(*) *Palliisque.* Palliam vel abbas in opusc. *De incendio* pallam, *mappam* interpretantur Breulius et Bollandus; vel quae altari substernitur, quam *frontale* alii vocant; vel quae sacra Christi munera contegit, quam *corporale* appellant statuta synodalia Guidonis episc. Helen. (concil. Hisp. t. III. p. 595.) Hanc verò pallam contra incendia deferris solere, quemadmodum hic adversus hostium direptionem, testantur idem Aimoinus in *Miraculis S. Benedicti lib. I. cap. IX.* (Act. SS. ord. S. Bened. saec. IV. p. II. p. 365.) Rupertus

taitiensi, Rodulphus Glabrus *Historiae lib. V. cap. I.* ubi pallam *chrismale* appellat. Cons. *consuetud. cluniacens. lib. II. cap. XXX.* Fortè hic *pallam* vel *pallium*, velum illud intelligit, quo sanctorum et honoratorum tegebantur sepulchra. *Palla sepulchri S. Martini* apud Gregorium Turonensem (Hist. Franc. l. V. c. 48.) *Pallia lectorum* apud Eutropium (lib. IX.) Moris hujus meminit S. Hieronymus in *Vita S. Pauli erem. et epist. XXV. cap. I.*

LECTIO.

Nec (*a*) minus extimo recolendum quod vix videtur comparabile factum. Dompnus igitur Albericus, monachus, pro suâ reverentia tali appellatione condignus, dum cum alio secum fratre, Elias nomine, in pagum perrexisset Impuriensem, atque ibidem in villâ suae obedientiae, que Garriculas nuncupatur, immoraretur, hostes supervenientes eundem pagum et villam, nemini parcentes, sed universa crudeliter depopulantes invadunt. Ventum est ergo ad equos praefati domini Alberici monachi afferendos, quos nullus potuit quin tollerentur precibus obtineri. Iterumque unus ex eis qui valentior videbatur, simplex accedens, expostulat, quatinus sibi vel unus equus ex omnibus relinquetur. Qui dum superbiae contumax, nec ad justi viri humiliter potentis verba dignaretur respicere, confestim eodem in loco dignum ultionis incurrit supplicium. Equus namque illi antepositus suus proprius, divino stimulatus judicio vindex affuit, calcibusque in nudo capite percussum mortaliter stravit. Quo facto iniqutatis socii (*b*) praesentes absentesque ad animo usque perterriti, non solum equos, verum etiam quidquid in

(*a*) *Edit.* Huic facto pro ipsius Alberici abduxerunt, nec peñodium simile est quod sequitur. Nam domno Alberico monacho cum frater Helia in pagum Impuriensem profecto, atque in villa suae obedientiae, Garricula nuncupata, coimmorante, supervenerunt hostes qui pagum villamque, nemini parcentes, depulati sunt. Quin etiam equos impetrare potuit ut saltem unus, quem robustiorem novet, redderetur. Sed ipsemet equus qui postulabatur, quasi vindex duplicitis injuria, raptus, inquam, et justae repetitionis, raptorem calcibus in nudo capite percussum, morti tradidit. Quo facto &c.
 (*b*) *Edit.* Socii perterriti.

eadem villâ rapuerant, relinquentes, aufugiant (*a*), nec prorsus jacentem socium levare conantur. Monachi vero cadaver adhuc spirans tollentes, post aliquantulos dies supremum ei humanitatis impendunt officium, Deum magnifice collaudantes, sanctique levitae et martyris victoriale nomen gloriósè benedicentes. Siquidem ad nichilatis precibus adjuraverat eum idem memorabilis vir dompnus Albericus monachus, per virtutem et reverentiam nominis ejusdem sancti martyris, ne ullo modo equos contingeret.

Quia longum est cuncta perstringere, et non forte videamus fastidiosa potius legentibus, quām delectabilia apposuisse, hac subjectā similis sancto evangelio sententiā finem libellus accipiat: Georgius quidam vir illuster hoc ipse certum referebat, quod à nobis meritò p̄aeclarum adjudicatur. Aiebat quippe, quod omnes quoque ad fines ejus bene noverant, servum scilicet se habuisse debilem à nativitate surdum et mutum. Qui dum à saepe dicti sancti levitae et martyris Christi dulcis memoriae beati Vincentii duceretur auxilio, in viâ positus jam non amplius à monasterio quam duodecim fermè millibus distans, eodem proculdubio digito, eodemque divinitatis sputo, quo ille evangelicus quondam surdus et mutus mederi promeruit, attractatus; mox evidenter cum quibus ibat exorsus est loqui de itineris spatio, quod ejus prolixitate gravaren-

(*a*) *Edit.* Aufugerunt.

Sequens exemplum de mu-
to et surdo curato finem im-
ponet. Georgius quidam vir
illistris, servum mutum et sur-
dum habuit: qui cùm ad se-
pulcrum S. Vincentii levitae
et martyris duceretur, nec am-
plius à monasterio quām duo-

decim ferme millibus distaret,
coepit loqui, loquentesque ab-
que impedimento audire. Tunc
comites rogavit ut eum citò ad
locum, ob referendas sancto
martyri grates perducerent.
Quod et fecerunt, ad gloriam
et laudem Dei et Scc.

tur, pectoris etiam reseratis oculis gemens indoluit. Unde illis mirabiliter stupentibus, atque de spatio viae quantum adhuc superesset cum docentibus, rogan jam loquenter quatinus an eorum insuper verba sentiret, responsis ediceret. At ille congruā satis et manifestā ratione se quoque audire confirmans, monet sollicitē quatinus eum citius ad locum ob referendas 'sancto martyri grates, ea quae cooperant humanitatis gratiā, perducerent. Quod et fecerunt ad gloriam et laudem Dei et Domini nostri Iesu Christi qui sanctos suos ita mirabili potentia ubique triumphat (*a*). Cui honor, virtus et imperium sine fine permanet in saecula saeculorum. Amen.

*Ejusdem Aimoini Carmens de eadem S. Vincentii translatione (*b*).*

Levitarum praecipuo domino Teodoro (*c*), juxta consonam sui nominis ethimologiam, Deum gerenti, Aymonius (*d*) comminister salutem dicit.

Laudabili caritati vestrae, mi dulcissime Teodgen, frequenti studio circa mei curam satagenti, in omnibus parere devotus existens, inclino me tuus camelus sponte, ad injunctum michi abs te onus ferendum. Rem si quidem novam et pro sui brevitate mirandam, prosaico, opere expleto, me vestra dilectio de adventu beati levitae Vincentii et martyris Christi coegit (*e*), geminos scilicet rursus libellos: quos singulos tricennis modo versibus claudam, per denos etiam positis in unoquoque capitulis. Unde consultiūs eligo veluti recens scriptor videri, quām me

(*a*) *Edit.* Triumphare facit: cuius honor et imperium.

(*b*) *Edit. addit:* Praefatio ad Theotgerum monachum.

(*c*) *Edit.* Theotgero.

(*d*) *Edit.* Aimoinus.

(*e*) *Edit.* Facere cogit.

vestro amore, michi melle dulciori, quavis occasione ullo modo absentari.

Bis quadrigentis, decies quinque volutis,
 Quatuor inque supercyclis à praesule Christo,
 Virgineo semperque sacro de germine nato,
 Audaldus fuerat tali de nomine gnotus (*a*)
 In Castro monachus, communi lege probatus,
 Atque sacer sancti gestans Aaronis honorem.
 Hic uno comite assumpto perpes (*b*) amara
 Plura; sed in dulces convertens cuncta sapores,
 Instituit audacter, quandoque Valentia civem
 Quo se susciperet, peregrino functus agone.
 Quid (*c*) faceret Maurus (*d*) Zachariae culminis hospes,
 Denudat secreta sui jam pectoris olli:
 Esset quoque (*e*) Dei levitae martyris atque
 Vincentii (*f*) Spaniam solo delapsus amore:
 Hinc precibus blandis animum mentemque relambens,
 Mercatur Maurum cupidi nimis (*g*) argenti.
 Denique surgentes monumenti septa requirunt:
 Quae manifesta nitent titulo hoc: Vincentius (*h*) in isto
 Martyr (*i*) et levita jacet fundatus honore.
 Nomina namque genus signabant scriptura parentum.
 His igitur causis signorum nocte revisis,
 Viris (*k*) admissis fodiunt (*simul*) (*l*) tumbamque recludunt
 Educunt (*m*) corpus sacrum, famulante lucernâ,

(*a*) *Edit. Notus.*

(*g*) *Edit. Numis.*

(*b*) *Edit. Perpessus.*

(*h*) *Edit. Vincentius istic.*

(*c*) *Edit. Quod.*

(*i*) *Edit. Martyrii levita.*

(*d*) *Edit. Mauri.*

(*k*) *Edit. Viribus.*

(*e*) *Edit. Quodque.*

(*l*) *In edit. deest simul.*

(*f*) *Edit. Vincenti Hispanias.*

(*m*) *Edit. Educuntque sacram corpus.*

Indices (*a*) coelesti facti dulcedine veri,
 Qui (*b*) super exercens aromata cuncta subibat.
 Cumque ligaturis expletis his opus esset,
 Utitur Audaldus sutâ sindone collula (*c*).
 Inde domum laeti redeunt lucentibus astris,
 Audaldo expectante diem patriamque (*d*) petenti,
 Quod hilaris fecit, nactus post tempus amicum.
 Caesar in Augustâ Senioris fraude relicto (*e*),
 Omissis nec non aliis, ob dicere longum,
 Ad castrum, bellam patris cellam Benedicti,
 Pervenit (*f*) Christi martyr levitaque sanctus,
 Cujus in adventu fuerint quae gaudia, nullus
 Ora gerens centum poterit de promere verbis.
 A monachis pulchra serie susceptio qualis
 Extiterit, solus qui testis novit Jesus:
 Aptis aurifluis ornatibus undique fussis
Gemmitomo ad coelos usque in radiante virore (*g*).
 Tunc risisse fuit mulier, cui talia factus (*h*)
 Et sibi (*i*) corpus levitae credere nolens;
 Esse magis Maurum contendens fortè putentem:
 Protinus in terram membris prostrata caducis
 Contrahitur, vitae sublata spe fugientis.
 Sed sancto deducta, fide nascente, medetur;
 Et pedis (*k*) plaustro veniens, curata recessit.
 Primitus hoc signo tantâ virtute patrato,
 Post quoque (*l*) numerus nescit, sunt plura secuta,

- | | |
|--|---|
| (<i>a</i>) <i>Edit.</i> Indice. | (<i>g</i>) <i>Hic versus deest in</i> |
| (<i>b</i>) <i>Edit.</i> Quae super ex- | <i>nostro cod.</i> |
| crescens. | (<i>h</i>) <i>Edit.</i> Fastus. |
| (<i>c</i>) <i>Edit.</i> Cucullâ. | (<i>i</i>) <i>Edit.</i> Et sancti, |
| (<i>d</i>) <i>Edit.</i> Patriam repeten- | (<i>k</i>) <i>Edit.</i> Pedibus. |
| di. | (<i>l</i>) <i>Edit.</i> Post quoque, qua- |
| .. (<i>e</i>) <i>Edit.</i> Relicta. | numerus, |
| (<i>f</i>) <i>Edit.</i> Perveniat. | |

Prosaico nec non partim sermone notata.
 Jamque (*a*) monasterii ante fores genitricis in aulâ
 Ista sub inmenso gerebantur munere Christi,
 Dum fieret sanctum (*b*) templum proprio sub honore;
 Quo placidus demum migraret jure sepulchrum (*c*),
 Masculus atque simul veniens quod foemina adiret.
 In tanta (*d*) placuit de fluxa temporis urna,
 Inde lavare sacrum corpus, dignèque locari
 Post altare pii sancti (*e*) patris Benedicti:
 Quo meriti pleno cultu veneratur honoris,
 Assiduis signis virtutum rite coruscans.

Praestante rege regum et domino dominorum Jesu-christo, bono, et benigno Salvatore mundi: qui cum Deo Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat (*f*) per infinita saecula saeculorum. Amen.

II.

Instrumentum publicum fundationis, et donationis monasterii carthusiensis ordinis, prope Segobrigam urbem, nuncupati Vallis Jesu Christi, factae à D. Petro IV, Aragonum rege, ejusque filio Martino, anno 1386.

EX AUTOGR. EJUSD. MONASTERII.

In Dei nomine et Beatae Virginis Mariae ejus matris, et omnium civium supernorum, pateat universis quod nos Petrus Dei gratia rex Aragonum, Valentiae, Majoricarum, Sardiniae, et Corsicae, comesque Barchinoniae, Rosiliorum, et Ceritaniae, providè attendentes quod cum ab

(*a*) *Edit.* Namque.

(*d*) *Edit.* Interea.

(*b*) *Edit.* Sancto.

(*e*) *Edit.* Patris sancti.

(*c*) *Edit.* Sepultum.

(*f*) *Edit.* Regnat Deus.

adolescentiā prona sit natura hominis ad peccandum, di-versis inquinamentis obnoxia vitiorum; paravit nobis clementia Creatoris opera charitatis, per quae possemus nos-tros dēlēre reatus, et ad vitam aeternam gloriosius perva-nire. Inde est quod nobis semper persuadere intendimus quae nobis magis expedire, ac Deo magis grata cognoscimus et accepta. Quām gratum ergo et quām placabile Dēo sit ora-tionis aedificare domum, et ipsam condecentibus redditibus pretnunire, ut fratres ibi Altissimo servientes vitam sus-tentare possint eorum; et ex Moysi meritis, qui tabernacu-lum Deo in deserto erexit, et ex Salomonis *nūmatione* (a) qui templum Jerosolymis Deo construxit, animadverti faciliter potest, atque perpendi. Ex hoc namque facie ad faciem Deum alter videre promeruit, et alter sapientiam misericorditer sibi dari. Et quamvis omnis eleemosyna redemptio sit peccati, et culparum omnium remissionem ob-tineat; illa tamen salutem aeternam perpensius operatur, quae in ecclesiarum aedificationem, et divini cultus opera-tionem effunditur; quia alia eleemosyna grāfis datur, haec autem quasi per debitum imputatur, Domino per Moysen dicente: *Omnis vir, sive mulier pio animo, et hilari vo-luntate offerat in opus tabernaculi aurum, et argentum &c.* Ad misericordiam enim pauperibus impendendam salubri-ter admonemur; ad ecclesiam autem construendam seu instaurandam auctoritate divini eloquii cogimur, et urge-mur. Quāmobrem ob devotionem, quam ad ordinem car-tusiensem à multo citrā tempore gerimus, scientes quod inclitus infans Martinus, natus noster charissimus, comes de Exerica, et de Luna, ac dominus civitatis Sugurbii ob-tinuit concessionem à venerabili fratre Guillelmo, priore

(a) *F. numeratione*, aut *no-* natus eam in rem, aut pecula-mi^{tione}, quasi à Deo nomi- riter electus Salomon extiterit.

DE DOCUMENTOS.

211

cartusiensi, construendi, et aedificandi unum monasterium ordinis supradicti: tenore praesentis publici instrumenti, sive privilegii perpetuo valituri, consentiente ad haec, ea-que approbante dicto infanti Martino, instituimus, cons-truimus, et fundamus domum, seu monasterium quoddam ordinis praelibati in loco, videlicet, nuncupato vulgariter *Canoves*, sito in orta loci de Altura, Sugubricensis dioce-sis, qui est praedicti infantis. Quae quidem domus, seu monasterium *Vallis Christi* ex nunc omni tempore nun-cupetur, et volumus nuncupari, ad instar, et devotam memoriam illius vallis sanctissimae Josaphat, in qua in-dubitenter, atque fideliter credimus dominum Jesum Christum personaliter super nubem candidam in die judi-cii cum angelorum et beatorum multitudine apparere: ut pro bonis gratiâ Dei factis, et ammodo faciendis per nos, ad dexteram collocari nos faciat cum bonis. Et pro vitâ et sustentatione prioris, monachorum, et fratrum qui nunc sunt, et erunt pro tempore in monasterio ipso, concedi-mus, et donamus, ac devotè offerimus omnipotenti Deo, et monasterio supradicto, et ejus conventui perpetuò, do-natione purâ, perfectâ, et irrebocabili inter vivos, duos mille solidos regalium Valentiae annuales, vendales, et perpetuales, in plenâ perceptione habendos, et percipiendos per ipsos monasterium et conventum singulis annis fran-cos, liberos, et exemptos ab omni onere, et servitio regali, et vicinali, et alio quolibet, principaliter in et super her-bagio villae de Egerica, quod est praedicti infantis, et gene-raliter in et super omnibus aliis, et singulis redditibus, et ju-ribus dictae villae, et aliorum locorum, quae dictus infans habet, et possidet in regno Valentiae. Statuentes, providen-tes, et volentes omnino, quod prior dicti monasterii, qui nunc est, et pro tempore fuerit, seu alias quicunque, quem ad hoc idem prior elegerit, intersit, et interesse habeat, una

O 2

cum Bayulo dictae villae, venditionibus seu arrendatmentis fiendis de cetero de herbagio, redditibus, et aliis juribus, et quod factis vendictionibus, seu arrendamentis praedictis, statim emptores, seu arrendatores herbagii, et reddituum, ac jurium praedictorum cautionem praestent, et praestare teneantur idoneam monasterio, priori, et conventui supradictis, de solvendo ipsis vel cui voluerint, annis singulis ex pretio venditionum, seu arrendamentorum ipsorum terminis comprehensis, duos mille solidos supradictos, prout melius, utilius, et firmius ad utilitatem dicti monasterii fieri poterit, et dictari. Praeterea concedimus, et donamus eisdem monasterio, et conventui rationibus supradictis donationem praedictam ad in perpetuum pro franco, et libero, ac exempto allodio ab omni onere, et servitio regali, et vicinali, et alio quovis, molendinum dictae villae de Exerica, vocatum *lo Molí de Exerica* cum domo in qua est constructum, ac aedificiis, exartiis, et artificiis ejus, et cum aquâ qua molitur, et omnibus iuribus, et pertinentiis suis. Quod quidem molendinum, et etiam dictos duos mille solidos censuales, et vendale habemus, et nobis pertinent pleno jure, titulo emptionis, quam ei praedicto infanti noviter fecimus de eisdem, cum instrumento recepto per Berengarium Sarta, protonotarium suum, ut in eo plenius est contentum. Et hanc donationem, concessionem, et asignationem facimus perpetuò monasterio, et conventui antedictis de praedictis duobus mille solidis, vendalebus, et annualibus, et molendino praedicto, sicut melius dici potest, et intelligi, ad omne ipsorum comodum, et salvamentum, ac bonum, et solum, sincerumque intellectum. Et extrahimus praedicta omnia singula de jure, dominio, proprietate, et potestate nostri et nostrorum, et praedicti infantis, et suorum. Eademque omnia, et singula in praedicti monasterii, et con-

DE DOCUMENTOS.

213

ventus jus, dominium, proprietatem, et potestatem mitimus, et transferimus irrevocabiliter, pleno jure ad habendum, tenendum, omnique tempore franchè, quietè, et liberè, atque pacificè possidendum, tanquam rem propriam eorumdem. Et ex causâ fundationis et donationis hujusmodi damus, cedimus, ac mandamus praedictis monasterio, et conventui omnia loca nostra, et dicti infantis jura, voces, vices, et actiones reales, et personales, mixtas, utiles, et directas, et alias quascumque nobis, et praedicto infanti competentes, et competere debentes in praedictis, quae supra donamus, et concedimus, et contra quascumque personas, et res ratione earum. Quibus locis, juribus, vocibus, vicibus, et actionibus nostris praedictis possint monasterium, et conventus praedicti uti, agere, et experiri in judicio, et extra judicium, in curiâ, et extra curiam, agendo, et respondendo, defendendo, tenendo, et etiam possidendo, et in cunctis aliis modis, quibus et quemadmodum nos, et dictus infans poteramus ante donationem, et jurium cessionem hujusmodi, et possemus, seu posset nunc, et etiam postea quomodocumque: quoniam nos instituimus ipsos monasterium et conventum in et super praedictis dominos, et procuratores, ut in rem propriam eorum ad faciendum inde suae libertum voluntatis, purè, liberè, et absolutè, et sine aliqua retentione nostri et nostrorum, et dicti infantis, et suorum, ac alterius cuiuscumque personae: inducentes ipsos de praedictis omnibus in corporalem possessionem, seu quasi. Ulterius volumus, et ipsis monasterio, priori, et conventui hujus serie ducimus concedendum, quod in et super praedictis, quae sibi concedimus, et donamus, habeant deinceps de cetero omnem districtam cohereditatem, et executionem, pro ut melius, et plenius ea nos, et dictus infans ante donationem hujusmodi habebamus.

Ob quae si, et quoties voluerint, possint iidem prior, et conventus libere habere recursum de, et pro praedictis ad nos, seu gubernatorem nostrum regni Valentiae praesentem et futurum, qui pro praedictis et ratione eorum possit et habeat facere, seu facere fieri executionem expeditam contra quoscumque, et compulsiones quaslibet, et districtus omni obstaculo quiescere. Promittentes in nostrâ bonâ fide regiâ, ac jurantes per Dominum Deum, et ejus sancta quatuor evangelia, corporaliter manibus nostris tacta, quod fundationem, donationem, et concessionem praesentes, et omnia, et singula supra et infra contenta tenebimus, observabimus, attendebimus, et complebimus firmiter cum effectu, et numquam contra faciemus, vel veniemus aliquâ ratione vel causâ; et de certâ scientiâ renuntiamus expressè omni foro, rationi, et consuetudini hiis repugnantibus quovis modo. Ceterum si quis forsan in praesenti contractu ratione solemnitatis omissae, vel aliis posset opponi vel impingi defectus, nos defectum eundem supplemus de plenitudine nostrae regiae potestatis: decernentes, et volentes hunc nostrum contractum, et actum, vicem, virtutem, et efficaciam legis habere, ac etiam privilegii robur cunctis temporibus valituri, et obtainere perpetui roboris firmitatem. Non obstantibus quibusvis privilegiis, statutis, foris, ac concessionibus, nec quibuscumque juribus adversantibus, seu contrariis ad praemissa; quoniam nos privilegia, et alia supradicta, quatenus possent hiis obviare, de nostrae potestatis plenitudine tollimus, et penitus revocamus, et pro revocatis, et sublatis habemus omnino, eaque decernimus non obstare. Et ego dictus infans Martinus, vestri domini regis humilis filius, piorum operum cupiens esse participem, et consortem, praedictis, fundationi, donationi, assignationi, et aliis omnibus, et singulis supradictis consentio, eaque gratis,

DE DOCUMENTOS.

215

et ex certâ scientiâ approbo, laudo, et firmo. Et etiam pro securitate, et uberi cautelâ dictorum monasterii et conventus, herbagium, et molendinum praedicta, quod ad haec pono, et submitto foro, districtui, et jurisdictioni praedicti gubernatoris regni Valentiae, qui in hiis habeat plenam et omnimodam potestatem; promittens, in meâ bonâ fide pro me, et meis haeredibus, et successoribus, ac etiam jurans in animam meam per Dominum Deum, et ejus sancta quatuor evangelia per me tacta, omnia, et singula supradictâ me ratta habere perpetuò, atque firma, ac tenere firmiter, et observare, et non contra facere vel venire aliquâ ratione, vel causâ, sub bonorum meorum omnium ypotheca. Haec igitur omnia et singula supradicta, prout continentur superius, nos dictus rex, et ego dictus infans in manu, et posse notarii infrascripti, tanquam publicae personae, haec à nobis stipulantibus pro omnibus illis, quorum interest, vel poterit interesse. Qued est datum, et actum Barchinone die 7. Januarii anno à Nativitate Domini 1386. regnique nostri domini regis 51. Rex Petrus. Signum ✠ Petri Dei gratia regis Aragonum, Valentiae, Majoricarum, Sardiniae, et Corsicae, comesque Barchinonae, Rosilionis, et Ceritaniae, qui haec laudamus, firinamus, et etiam juramus, huicque publico instrumento sigillum appenditum bullae nostrae plumbeae apponi jubeimus in testimonium praemissorum.

Signum ✠ infantis Martini, comitis de Exerica, et de Luna, et domini civitatis Sugurbii, praedicti domini regis filii, qui praemissis consentio: eaque omnia laudo, firmo, et juro: et huic etiam instrumento meum sigillum apponi jubeo suppendenti. Infans Martinus. Testes sunt qui fuerunt ad praemissa praesentes, frater Joannes archiepiscopus Turritanus, confesor. Nobilis Hugo de Angularia, Camerlengus, et Jacobus March, armorum Ugerius domini

regis, jam dicti, et Eximinus Petrus de Arenosio Camer-
lengus domini infantis praefati.

Signum ✕ Bartholomaei Sirvent, praedicti domini
regis secretarii, et auctoritate ipsius notarii publici, per
totam terram, et dominationem ejusdem, qui praemissis
interfui, eaque de sui mandato scribi feci, et clausi.

*Instrumentum publicum foundationis monasterii cartusien-
sis ordinis, nuncupati S. Mariae Portae coeli in Valent.
diocesi, facta ab Andraea de Aibalat episc. Valent.
ann. 1272.*

EX LIBR. COLLAT. CUR. ECCLES. VALENT. ANN. 1317.
FOL. 98.

Hoc est translatum, bene et fideliter sumptum XI kal.
Maii anno Domini 1317 à quodam publico instrumento,
cujus tenor talis est. — Noverint universi quod cùm sit
pium ac animarum saluti congruum, ac etiam fructuosum,
cultum divinum augeri, quo Dei omnipotentis clementia
potius excitatur, peccatorum contagio ac delictorum la-
bes diluitur, venia sive remissio obtinetur; ideo nos Fr.
Andraeas, divinà miseratione Valentiae episcopus, atten-
dentes quod animarum salus ab his maximè quibus ipsa-
rum cura commissa dignoscitur, debet praecipue procura-
ri: attendentes etiam quod Deus omnipotens, sine quo
nihil est validum, nihil stabile, de illorum manibus plura
requiret, quibus plura committenda decrevit; nostrae et
aliarum animarum saluti, quarum curam suscepimus, pro-
videre volentes, ac nostros supplere seu relevare deffec-
tus, ad honorem Dei, et individuae Trinitatis, Patris et
Filii et Spiritus Sancti, et beatissimae ac gloriosae Virgi-
nis Matris Christi, ob remedium animae nostrae, et incliti-

DE DOCUMENTOS.

217

ac magnifici domini regis Jacobi, et illustris infantis Petri ipsius primogeniti, et felicis memoriae dominae Elisabethae, quondam reginae Franciae filiolae nostrae: ac bonaे memoriae domini Petri quondam Terraconensis archiepiscopi, rev. patris ac carissimi germani nostri, et *Isabet Eximii* (f. Eximini) Petri de Arenoso quondam defuncti (et) parentum nostrorum, benefactorum, ac omnium fidelium defunctorum: de assensu et expressâ voluntate nostri capituli, statuimus, ordinamus, et aedificamus monasterium ordinis carthusiae in loco vocato hactenus *Lulen*, Valentinae dioecesis, quem deinceps vocari decrevimus *monasterium sanctae Mariae Portae coeli*, ubi sit prior et conventus ejusdem ordinis, super quo gratiam obtinuimus à priori et capitulo generali carthusiensibus. Quod quidem monasterium dotare intendimus juxta possibilitatem et gratiam à domino nobis datam; qui prior et conventus praedicti monasterii sanctae Mariae de Porta coeli praesentes et futuri, pro vivis et defunctis, et specialiter pro domino papa ac universis etiam Dei praelatis ac principibus, Dei ecclesiam ac fidem catholicam sustinentibus, et potissimum pro animabus praedictorum et nostrâ, quotidiè divina officia debeant celebrare: nobis ac successoribus nostris ecclesiae Valentinae episcopis, tanquam patronis ipsius monasterii debitam reverentiam exhibentes, salvis in omnibus, privilegiis suae ordinis statutis, ac de caetero statuendis. Retinemus etiam de assensu ipsius capituli, quod prior et conventus ipsius monasterii et sui successores nobis et praefato capitulo, ac nostris successoribus, ratione decimarum dicti loci de *Lulen* et terminorum suorum, teneantur dare nobis et successoribus nostris, annis singulis, in festo quolibet sancti Michaelis Septembbris decem solidos monetæ regalium Valentiae, et sic dictam decimam dicti loci de Lulen, et terminorum suorum, nobis et dicto capitulo pertinentem ali-

quo modo, habeant prior dicti monasterii et conventus ejusdem ad omnes suas voluntates liberè faciendas, absque omni retentu nostro, capituli dicti, et successorum nostrorum in perpetuum, quod pro praedictis in hiis nos facimus, vel facere intelligimus aliquo modo. Quod est actum Valentiae octavo idus Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo.

III.

V. D. Bonifacii Ferrer, Valentini, S. Vincentii Ferrer germani fratris, et quondam magnae domus carthusiae prioris, opuscula quatuor inedita.

1. *Quare carthusienses non comedant carnes.*
2. *De miraculis, et sanctis in carthusiâ.*
3. *De approbatione, et confirmatione carthusiac.*
4. *De caeremoniis in carthusiâ.*

ADMONITIO PRAEVIA.

Sequentia quatuor opuscula Bonifacium Ferrerium auctorem haud dubium habent. Priora quidem tria nonnulli Gersoni adscribunt, quod iisdem titulis distincta inter ejus opera reperiantur (*Tom. II. part. V. edit. Antwerp. 1706.*). Re tamen vera, quae modò lectori sistimus, nostri Bonifacii esse constat. Ac primum illud quidem, quod de esu carnium apud carthusienses agit, si cum Gersoniano ejusdem argumenti conferatur, immane quantum ab illo distat. Nam dum Gersonus, carthusianis devotissimus, eorum hac in causâ apologiam magno argumentorum pondere agit, Bonifacius hic noster idem opus simplici duorum miraculorum enarratione conficit. Nempe ille

exteris homines, ac versatos quidem ejus ordinis calumniatores aggrediebatur; hic vero simplices sodalium suorum animos informare curabat, et ab eius carnium penitus arcere. Hujus praeterea opusculum vix decimam Gersoniani partem habet. Itaque suum quisque opus adornavit, nihil ab altero mutuatus.

De secundo autem ac tertio opusculis aliud esto judicium: Quippe ex utriusque scriptoris collatione liquido apparet Gersonum Bonifacii opellas suum in usum contraxisse, ac schedas quidem inter adversaria repertas, pro genuinis ejusdem foetibus habitas fuisse. Quod, praeter orationis ordinem, ac styli analogiam, suadet tertii opusculi exordium, ubi nostri MS. auctor in negotiis sui ordinis procurandis ob instantem generalis capituli celebrationem valde occupatum sese prodit, quae Gersoni convenire quis putet? Innuit quoque ibidem quartum opusculum se conscripsisse, quod est *de caeremoniis in carthusiâ*, ac unâ cum tertio mittere; atqui quartum illud indubitatum D. Bonifacii opus est; quidni et tertium? Verum ut ut haec omnia deessent, praesto sunt doctissimorum virorum quam plurima testimonia, duplex opusculum, secundum nempe, et tertium, Bonifacio attribuentum, ac Gersoni abjudicantium. Nam praeter Sutorem (*de vita carthusiana*), Madaram (*in vit. S. Brunonis*), Trithemium, et Possevinum, insigne est Teoph. Raynaudi testimonium, qui (*Trinit. Patriarcharum punct. XI. num. 17.*) de S. Brunone agens quem vocat *Stylitam mysticum*, post innumera SS. pontificum in ordinem carthusiensium charitatis pignora enarrata: *Audisti*, ait, *quod pontifices carthusiense institutum exornaverunt, et privilegiis amplissimis communiverunt. Quis crederet futuros, qui effutirent ordinem carthusianum non esse à sede apostolicâ approbatum? ita ut opus fuerit Bonifacio Ferrerio, S. Vincentii germano, lu-*

cubratione quadam, Gersoni falso adscriptâ, eam insul-
sitatem depellere? Et haec quidem de tertio opusculo.
De secundo verò, cur scilicet infrequentia sint apud car-
thusianos miracula, haec habet (punct. X. §. 2. n. 2.).
Exstat de eodem argumento opusculum Bonifacii Ferre-
rii, germani S. Vincentii, perperam adscriptum Gersoni,
eiusque secundae parti insertum.

His omnibus addere non pigrat Bonifacium nostrum anno 1410 ab Gallis perpetuò recessisse, ac 1417 obiisse, duodecim nempe ante Gersonis obitum annis. Quid quod anno 1425 in carthusiâ Portae coeli apud Edetanos, eidem tamquam vero auctori omnia haec opuscula adjudicata exstabant, cum scilicet omnium codd. MSS., quae ibidem asservabantur, catalogum edidit D. Petrus Ferrer, ejusdem domus prior? At perierunt illa, vel furto sublata, vel bellorum incursionibus aliò asportata. Nobis autem exemplar quoddam nancisci licuit ex carthusiâ Vallis Iesu Christi prope Segobricam, unde illa subjectis notulis emendata publici juris facimus.

I.

Quare carthusienses non comedant carnes.

Quia dicunt nonnulli religiosi, et seculares admirantes quare monachi carthusienses in infirmitate constituti, non comedunt carnes, sicut monachi sancti Benedicti, et aliorum sanctorum patrum, et ob hoc obloquuntur contra sanctum ordinem: ideo sciant tales, et diligenter attendant, et omnis fidelis devotus christianus, quod non sine divino nutu, presertim propter duo miranda quae operatus est Deus in Magnae carthusiae domo, ostendit hoc ordinatum esse, et per summum rom. ecclesiae praesulem

DE DOCUMENTOS.

221

approbatum: quorum miraculorum primum tale est. Proponentes S. Bruno, et sex socii ejus mundum, et pom-pam ejus deserere, et nudi nudum sequi Christum, in eremo venerunt ad vitum venerabilem S. Hugonem episcopum Gratianopolitanum, et sibi eordem propositum propalarunt, qui auctoritate, quâ fungebatur summi pontificis, tradidit eis sanctum habitum, et in illum magnum montem ubi vidi septem stellas fulgentissimas de coelo cadentes, aedificavit eis cellulas juxta morem sanctorum antiquorum patrum, in quibus per spatum temporis Deo servierunt, et edebant tunc carnes, quas praefatus p[er]t[er]f[er]erat, et necessaria corporis. Consueverat dictus episcopus semper in adventu, et quadagesimâ visitare diecesim suam, et secundâ feriâ post dominicam quinquagesimae recomandans se orationibus sanctorum virorum rece-debat, et revertebatur feriâ quartâ sanctâ, et faciebat coenam, et mandatum cum ipsis. Accidit quadam vice in dominicâ quinquagesimae, persoluto divino officio, et factâ horâ prandendi, B. Bruno, ut consueverat, benedixit mensam; quâ benedictâ, dixit B. Bruno, quod non aliâs dixerat: Attendamus nobis, fratres carissimi, quia antiquus hostis nos decipit. Nos ad hoc venimus in eremum ad faciendam poenitentiam, sicut Paulus primus eremita, Antonius, Hilarion, Macharius, Arsenius, et alii sancti patres, qui carnes non manducabant. Nos diebus carnis semper edimus carnes, et comedimus carnes, quas iste S. vir nobis abundantiter ministrat, et alia necessaria, et servamus ipsum; et similia verba dixit. Responderunt alii quatuor qui erant ex aliâ parte mensae, et dixerunt: Sumus nos majores, et meliores apostolis, quibus praecepit Dominus: *In quamcumque domum intraveritis &c. edentes quae vobis apponuntur?* S. Bruno, et duo socii, qui juxta ipsum erant, tenebant contrarium; et sic usque

ad vesperas disputaverunt, argumentantes pro, et contra super esum carnium. Tandem fatigati, et lassi propter longam disputationem, inclinaverunt se usque ad terram, et dormierunt usque ad feriam quartam sanctam. Redeunte vero episcopo, statim direxit nuntium ad sanctos viros, ut solitus erat, significans eis de suo redditu. Et approxinans nuntius ad januam quae aperta remanserat, et videns ipsos dormientes juxta mensam, et carnes fumantes, scandalizatus est valde, et cum magnâ indignatione reversus est ad episcopum, et ei retulit quae vidit. Episcopus non credens misit alium nuntium, qui reversus dixit sicut et primus. Adhuc direxit tertium nuntium. Qui reversus, dixit sicut primus et secundus nuntius. Respondens episcopus dixit: nisi oculis propriis videro, non credam. Et statim equitavit, et ascendit in montes. Et approximans januae, et videns ipsos dormientes, et carnes fumantes, credidit quae dixerant, et fortiter scandalizatus est. Et ponens pedem in limine Cellae, mox B. Bruno, et socii ex pergefacti sunt, et reverenter salutaverunt episcopum, et devotas gratias sibi retulerunt de tantis bonis, quae eis ipse fecit, et facit &c. Dixit autem episcopus sancto Brunoni: pater, quae dies est hodie? Respondit S. Bruno: est dominica quinquagesimae. Et ait episcopus: et quare tardasti tantum ad manducandum? B. Bruno particulariter omnia sibi narravit, ut dictum est. Tunc episcopus dixit clam magistro domus, ut perpendere diligenter, si sunt illae carnes quas in dictâ quinquagesimâ elapsâ ministravit eis; qui diligenter intuitens, et carnes integras inveniens, dixit episcopo, quod illae carnes sunt, quas ipse missit eis. Tunc dixit eis episcopus: noveritis, fratres carissimi, quod hodie est feria quarta sancta; et praecepit asportari carnes. Quas cùm ipse vellet levare, versae sunt in pulverem. Quod videns episcopus, mox genua flexit ad pedes eorum, et petiit

DE DOCUMENTOS.

223

veniam ab eis de falso iudicio, quod contra eos conceperat. Etiam tota familia fecit simile. Et ab illo die dicti sancti patres determinaverunt de caetero non comedere carnes, et sic factum est. Postea haec fama sanctitatis dictorum SS. patrum dispersa est per totam regionem: ita quod multi singulares, et solemnes viri Spiritu Sancto inspirati intraverunt ordinem carthusiae, et cum adjutorio praedicti episcopi aedificaverunt magnum monasterium in loco ubi quatuor cellulae constructae fuerant. Et post modicum tempus circa suburbana montis et in circuitu quamplurima monasteria constructa sunt. Interea fama sanctitatis praedictorum SS. patrum divulgabatur in omni loco. Et audiens summus pontifex, qui Romae tunc praesidebat, famam sanctitatis sapientiae et scientiae S. Brunonis, cum consilio cardinalium fecit eum accersiri ad se. Et veniens cum duobus conversis, qui fuerunt socii ejus à principio, rogavit eum papa, ut moraretur secum ad regendam sanctam matrem ecclesiam. Qui nesciens inter seculares habere, modico tempore moratus est. Et suggestente Spiritu Sancto cum dictis duobus conversis perrexit Calabriam, quae tunc erat infidelis, et idolis serviens: et cum adjutorio divinae gratiae, et signis et virtutibus multis, eos ad fidem catholicam convertit. Et multi Spiritu Sancto inspirati facti sunt monachi, et manserunt cum ipso, habitantes in speluncis petrarum. Post circulum verò dierum frater sancti Brunonis comes magnus ab angelo monitus, de Alammaniâ venit Calabriam ad videndum fratrem suum B. Brunoneum, et viso eo gavisus est, et fecit unum monasterium nostri ordinis, in quo B. Bruno cum monachis, quos receperat, multo tempore habitavit. Quod monasterium adhuc durat, et appellatur monasterium S. Stephani de lo Bosco, et distat à civitate Miletì per unam dietam, in quo monasterio corpus ejus requiescit, sed in

quo loco penitus ignoratur. Ostenditur ciphus ejus, in quo quicumque infirmus biberit sanatur à quacumque infirmitate; quod monasterium tenent nunc monachi sancti Benedicti. Secundum miraculum tale est. Quidam juvenis nobilis genere, et magnus clericus, et devotus in domo Magnae carthusiae factus est monachus, qui sic laudabiliter visit in ordine usque ad senectutem, quod meruit habere spiritum profetiae; et infirmatus est. Quadam die, dictâ misericordia conventuali prior visitavit ipsum: cui dixit infirmus: pater, ego arenti animo cupio comedere carnes: rogo vos ministretis mihi. Prior putans eum propter senectutem et infirmitatem non esse in suo sensu, non curavit. Post tertium verò diem venit prior ad visitandum eum: et monachus dixit sibi haec verba: vos forte putatis quod extra me loquor: gratiâ Dei in meo sensu sudici: pridie vos rogavi, ut daretis mihi carnes, et non curastis: sed volo vos scire quod de hac infirmitate ego moriar, et in die judicii reddetis mihi rationem coram summò judice. Prior vero sciens eum esse sanctum, hiis auditis valde pertimuit: et convocato conventu, narravit eis omnia quae dixerat infirmus; et placuit conventui ut darentur sibi carnes. Tunc prior, et conventus accesserunt ad cellam infirmi. Et dixit prior reverende Fr., conventui placet ut edatis carnes. Quae carnes desideratis? Respondit infirmus: unius perdicis. Statim prior injunxit uni juveni novitio nobilis generis de Gratianopoli, et discipulo dicti infirmi, ut iret ad venteres et peteret unam perdicem ex parte prioris. Novitius autem, tum propter obedientiam, tum propter charitatem magistri sui sine morâ perrexit. Et ut citius pergeret, et perficeret quod sibi injunctum fuerat, transivit per flumen, et non per pontem, et tunc non perpendit, et portavit perdicem, et tradidit priori, qui portavit eam infimo, et dixit: ecce perdicem: quomodo vultis, ut pra-

DE DOCUMENTOS.

225

paretur: Respondit infirmus: volo eam assam, et benè lardiatam. Tunc erat quidam monachus in cartusiā, qui steterat cum uno cardinali, et sciebat benè praeparare; quem rogavit prior, ut pro consolatione ipsius infirmi praepararet diligenter dictam avem in suā cellā; quod et factum est. Et vocatis priore, et conventu, prior benedixit mensam. Qua benedictā, et perdice de veru stractā, infirmus per fenestram suspexit in coelum, et cum lacrymis dixit: Domine Jesu Christe, qui de sinu Patris de coelis in terram descendisti, et in gloriosae virginis Mariae utero humanam carneū sumpsisti, et in patibulo sanctissimae crucis pro salute humani generis mori voluisti, exaudi me miserum peccatorem, te verum Deum et hominem suppliciter exorantem, quatenus si haec temptatio comedendi carnes, quam usque nunc habui, absque te est, placeat tibi Domine ut cum gratiarum actione comedam; sin autem, digneris piissime Domine qui habes imperium vitae, et mortis, huic creaturae tuae quae mei causā occisa est, redire vitam, et vadat per viam suam, ut omnes fratres mei hīc astantes, et tibi fatulantes aperte cognoscant, quod non est tuae voluntatis ut comedant carnes etiam in infirmitate. Qui cum Patre, et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus per omnia saecula saeculorum. Et respondentibus dicto priore, et conventu, amen, dicta avis cum magno volatu mox recessit videntibus omnibus, et admirantibus, et gratias Deo agentibus, qui in coelo, et in terra facit mirabilia solus. Et istud secundum miraculum confirmavit primum, et primum et secundum confirmaverunt tertium, et suadaverunt animos monachorum illorum, qui viderunt magnalia Dei; et ab illā hora finaliter determinaverunt non gustare carnes, nec in infirmitate, nec in sanitate, et hoc per apostolicam sedem approbatum est, et confirmatum. Resipiscant ergo clandestinā

TOMO IV.

P

musitatione musitatores adversus s. ordinem cartusiensem
injustè musitantes, et per haec, quae hīc sub compendio
scripta sunt, clarè, et apertè cognoscere possunt, quod
miraculosè et non sine divino nutu eus carnum cartu-
siensibus monachis, etiam in infirmitate est prohibitus.
Explicit. Amen. Domine, cognovisti sessionem meam, et
resurrectionem meam.

II.

*Incipit libellus editus à reverendo patre domino Bonifacio
Ferrer, priore cartusiae, ostendens quod ad probandam
sanctitatem, et puritatem ordinis cartusiensis non est
necessarium quod dictus ordo habeat sanctos canoniza-
tos, vel quod in eodem ordine siant miracula, sicut fit
in ceteris ordinibus approbatis.*

Nullus debet dubitare de sanctitate et puritate ordinis
sancti cartusiensis, cuius vitam Dominus noster Jesus
Christus ante omne miraculum, et ante omnem praedi-
cationem eremum quadraginta dies,...post baptismum suo
exemplo in multis jejuniiis, et vigiliis et temptationibus
consecravit, ut clam attestant evangelia. Idem B. Joannes
Baptista, Elias, Eliseus, et multi alii prophetae et sancti.
Idcirco ista sit brevis, et efficax responsio pro illis, qui
hoc petunt, qui forte supra tectum non confidant aliqui.
Vobis autem quibus datum est nosse mysterium regni Dei
et non in parabolis, latius aliquid declaro. Super quod
sciendum est, quod miracula communiter fiunt ad pro-
bandam sanctitatem illius qui ea facit, quando aliquod
dubium surgere potest circa sanctitatem ejus. Vel fiunt
ad vincendam, et confutandam infidelitatem alicujus, vel
aliquorum. Ubi autem per scripturam sacram, vel eviden-
tiā constat de sanctitate illius personae, raro per illud

DE DOCUMENTOS.

227

sunt miracula, quia jam habet aliud genus probationis de sanctitate suâ. Et istud idem dicunt juristae, quod ubi uno modo legitimè constat de intentione partis, non requiritur, nec exigitur, immo esset superfluum aliud genus probationis, ut in *cap. I. ext. de probationibus.* Et ideo martyres, de quorum sanctitate nullus dubitat, rara miracula fecerunt, specialiter in vitâ. Confessores autem de quorum sanctitate non erat indubitata certitudo, fecerunt plura, et majora miracula, et in vitâ, et in morte. Et ex hoc dubio antiquitus confessores usque ad Silvestrum papam non colebantur publicè ut sancti. Et ex hoc nullus fuit nominatus, vel positus in canone missae, cùm tamen mulieres corruptae, sed martyres, fuerunt apposita, sicut Perpetua et Felicitas. Et inter istos confessores fuit alia differentia. Nam illi qui pollebant magnâ scientiâ et doctrinâ, et multa scripserunt ad fidei illuminationem, pauciora, immo quasi nulla miracula fecerunt, praecipue in vitâ, quia habebant probationem suae sanctitatis in eminentiâ doctrinae: sic Augustinus, Gregorius, et similes. Unde cum in canonizatione S. Thomae de Aquino opponeretur quod non fecerat miracula in vitâ, vel non multa: fuit dictum per papam, non curandum; nam tot miracula fecit, quot quaestiones determinavit et scripsit. Inter confessores fuit alia differentia: nam aliqui vixerunt in eremo in asperitate vitae perseverantes in pugnâ contra vitia, et temptationes, elongati ab hominum conversatione usque ad mortem. Et quia isti sunt testimonium sanctitatis ex verbo Dei dicentis: *si quis vult post me venire, abneget semper ipsum &c.* et iterum: *qui non odit patrem suum, et matrem suam &c.*; non opportet eis addere per miracula aliud testimonium sanctitatis ad probandum, immo esset detrimentum circa testificationem divini verbi asserentis tales, et talem vitam ducentes esse sanctos. Ideo Paulus primus eremita, qui tamen

inter sanctissimos reputatur, non legitur miracula fecisse, nisi de corvo portante sibi escam, nec hoc fuit magnum, ut dederem si non essem longus in verbis. Et licet aliqui fecerint miracula in vita suâ, ut Antonius, tamen pauca, et in liberatione obsessorum à daemone. Istud fuit speciale in valde paucis, nec ad probationem sanctitatis eorum, sed ut firmaretur in fragilibus fides, et ut alii debiles, et minus credentes, qui petunt miracula sicut isti qui vobis dixerunt, roborarentur in devotione, et traherentur ad serviendum Deo, et propter aliquos casus speciales. Sed de aliis ducentibus vitas similes qui fuerunt inimitabiles; nam aliquando sub uno patre fuerant decem millia, aut quindecim millia monachorum; non leguntur miracula fecisse, vel non plura, nec est fas dubitare eos fuisse sanctos. Nec canonizatio addit aliquid ad sanctitatem, nec antiqui sancti fuerunt per ecclesiam canonizati: sed devo-tio populorum, et testimonium vitae eorum fecit eos ut sanctos publicè venerari. Alii autem confessores, qui regebant populum, et conversabantur cum eis in activâ, quia non habebant alia clara testimonia; immo erat materia dubitandi circa eos propter vitam communem, et communionem et administrationem rerum temporalium, et saecularium: tales amplius miraculis claruerunt, sicut Martinus, Nicolaus decoratus innumeris miraculis, B. Blasius, et multi alii, qui non habuerunt alias probationes suae sanctitatis, videlicet, nec martyrium, nec eminentiam doctrinae, nec austoritatem vitae, elongantes se à conversatione hominum, et seipso abnegantes. Et ex hoc, B. Joannes Baptista nullum miraculum fecit in vita, ut dicitur *Joan. 10. cap. in fine*: et tamen ex sola austoritate vitae reputabatur ab omnibus populis sanctior quam Christus Dominus, qui tot, et tanta mirabilia est operatus in conspectu omnium popu-lorum, nec quaesierunt à Joanne unquam miraculum sicut

à Christo Domino. Quia propter vitam communem quam ducebat propter exemplum nostrum, haesitabant de suâ sanctitate. Beatissima etiam virgo Maria numquam in vitâ suâ fecit miraculum, nec apostoli in evangeliis, vel epistolis fecerunt mentionem de ejus sanctitate, et vitae excellentiâ. Et scitis quare? quia habebant aliud evidentissimum genus probationis. Sufficiebat enim quod scripserunt istud verbum de eâ, videlicet, quod est mater Dei. In hoc enim verbo expresserunt omnem excellentiam et supereminentiam totius puritatis, et sanctitatis super omnem creaturam spiritualem, et corporalem; nec esset fidelis, immo improbus, et perversus, qui in probationem ejus sanctitatis, miraculum quaereret. Nec miracula maxima, et innumerabilia, quae per eamdem B. Virginem fiunt, probant in viris catholicis ejus sanctitatem, vel aliquid adduunt ad eam; quare hoc quaerere ut crederetur, esset infidelitas; sed probant immensam charitatem, et pietatem, quam habet erga nos, eam invocantes, venerantes, et credentes. Videtis ergo, quod ubi aliud genus probationis praecedit, miracula superfluunt, nisi, ut jam dixi, ex aliquo speciali casu, qui non derogat regulam, sed confirmat, immo ostendit clare quod debilior probatio, et infirmior est per miraculum; quare alia genera probationis sunt quasi innumerabilia et certissima. Primo testimonio divinae scripturae, quae non potest mentiri. Et ideo cuim quaererent pharisaei à Joanne Baptista admirantes de suâ sanctitate, quis esset, non produxit miraculum, sed scripturam: *ego vox clamantis &c.* Secundo austeritas vitae cum abrenunciatione omnium temporalium et perseverantia usque in finem, est inexpugnabile genus probationis sanctitatis, ut in scripturis sanctis valde latè habetur. Quia ergo est tollere crucem, et sequi Christum, et istud non est nisi justorum, et sanctorum, ut in psalmo: *aperite*

mihi portas justitiae, et virtutum, et sanctitatis, ingressus in eas confitebor Domino; et laudabo eum perseveranter; haec porta Domini, justi intrabunt in eam: quia talis vita dumtaxat cum perseverantiâ, est electorum Dei. Et infra hoc dicit B. Bernardus: coelum, et cella vicina sunt, quod agitur ibi, agitur hic &c. Et subdit: de cellâ enim nunquam, aut raro fit transitus nisi ad coelum; nam cella diutius non potest retinere nisi illos, qui sunt electis Dei &c. Probatio autem per miraculum est valde deficiens, quia etiam per malos miracula fiunt, ut dicitur in cap. I. ext. de reliquiis, et veneratione sanctorum. Dominus etiam attestante qui ait: *Nonne in nomine tuo prophetavimus? nonne daemonia ejecimus?* Quibus dicitur; *Amen, amen dico vobis, nescio vos.* Judas enim proditor multos daemoniacos curavit, et filii judaeorum, quamvis increduli, similiter fecerunt. Et propter hoc Apostoli volentes eos prohibere, fuerunt reprehensi à Christo Domino. Item est probatio valde calumniabilis per incredulos, sicut fuerunt Magi Pharaonis, et Simon Magnus, et alii multi reprobi tempore Apostolorum, et faciet Anti Christus cum suis sequacibus. Videtis ergo quod miracula non sunt efficacissima signa sanctitatis. Sed alii qui petunt miracula à sanctis ad curiositatem solum, ut videant aliqua nova, sicut si peterent ab istis, qui magicis artibus videntur facere aliqua miracula. Et hoc modo peccantes habuerunt responsum à Christo Domino: *Generatio prava, et adultera signum petit.* Hoc eodem modo volebat Herodes cupiens videre Christum ex multo tempore, qui tamen non meruit unum verbum de ejus sanctissimo ore audire. Concludendo ergo, quis sane mentis posset dubitare de sanctitate incolarum ordinis cartusiensis, qui relinquentes voluntariè mundum, patrem, matrem, agros &c. abrenunciantibus omnibus pompis,

DE DOCUMENTOS.

23 F

divitiis, et mundanae gloriae; includunt se infra unam mansiunculam, in fame, et siti continuè laudantes Deum, sustinentes humili corde temptationes, prout placet Creatori eos visitare, et sic finientes suos dies; desiperet qui aliter saperet, et contradiceret Apostolo, qui ad haebreos XI. cap. dicit, quod talibus dignus non erat mundus. Repugnaret etiam verbis Spiritus Sancti, qui per David de talibus dicit in Ps. *Quam magna multitudo dulcedinis, quam abscondisti timentibus te.* Et si vis scire, qui sunt, sequitur; *abscondes eos in abscondito faciei tuae à turbatione hominum &c.* Et talis qui diceret, vel dubitaret in contrarium, non videretur bene credulus in verbis evangelicis, et propheticis, quae omnia plena sunt de sanctitate talis vitae. Et si vellet talis adhuc de suo dubio sciari ad litteram de miraculis nostri ordinis sciunt magni et famosi viri, qui exquisierunt. Inter alios ille Petrus abbas antiquus Cluniacensis, qui composuit volumen valde autenticum de miraculis; qui quando venit ad miracula nostri ordinis, sic dicit: in illo sacro ordine multa miracula facta sunt, sed pauca, quae hic pono ab eis potui cum magno labore habere, quia tanquam humiles, nolentes in talibus gloriari, excusant, et celant &c. Et ideo quando episcopatus non dabantur ad instantiam, minas, et suggestiones principum, vel promovendorum, et aliás quia hoc modo non credidissent nostri apud Deum habere jus vel facere fructus suos; tunc fuerunt multi episcopi in ordine nostro. Et quia tunc propter illa, quae superius dicta sunt, indigebant de miraculis, omnes clauerunt multis miraculis. Sicut S. Hugo Linconiensis in Angliâ, licet oriundus esset de Subaudiâ: beatus Antelmus episcopus Bellicensis; beatus Stephanus episcopus Diensis; duo Hugones episcopi Gratianopolitanenses, et alii ut constat per eorum legendas, ex quibus solus Hu-

232.

APÉNDICE

go Linconiensis est canonizatus. Et si quaeritur quare non alii: dico quod ordo de talibus nunquam curavit, nec ille fuit ad instantiam ordinis canonizatus, licet in hac domo cartusiae fuerit Corrierius, sed rex Angliae et sua ecclesia hoc fecerunt. Et multae sunt rationes quare ordo numquam faceret instantiam, cùm ut praedictum est, celebat miracula exemplo Christi Domini qui mandavit, ut nemo dicerent &c. et ut videatur quomodo nos curamus, ut audivistis, gentes recipiunt de herbis nostri cimiterii pro curatione specialiter febrium, sicut frequenter est probatum. Alia etiam die venit ad me unus qui videbatur agricola, dicens mihi, Domine ubi sunt illae herbae &c. et nolui sibi ostendere, nec curavi. Item quia magis recumbimus in aliis probationibus sanctitatis quam in miraculis, ut praedictum est, et in hoc totus labor, et studium, ut acquiramus regnum aeternum. Et haec summa et totalis sanctitas, etiamsi non simus depicti in ecclesiis, vel tabulis ligneis. Et ideo cuidam juristae volenti infra annum novitiatus recedere ab hac domo temptatus, quia viderat sepelire quemdam monachum cum cinere, et cilicio, et sine omni pompa, apparuit angelus dicens ei: ex hoc vis recedere, fatue: revertere, quia omnes in hoc cimiterio sepulti, sunt in gloria aeterna excepto uno converso proprietario. Item non curamus de canonizatio-
ne ecclesiastica ex eo quod dicunt juristae quod solemnitas processus canonizationis debet durare ad minus per quindecim annos cum in explicabilibus laboribus et expensis. Et nos per hoc nollemus vix expendere unum pomum, nec ire usque ad portam domus. Alii autem religiosi, qui habitant et qui vivunt in mundo cum saecularibus, indigent canonizationibus per testimonia, ut praedictum est. Et sicut nos occultamus miracula, alii publicant, adducunt, praedicant, clamant et imprimant, glossant, et exponunt

DE DOCUMENTOS.

233

illa latissimè. Et si illi qui volunt videre oculis corporeis, vel audire miracula corporalia, vellent aliqualiter supra tectum elevare oculos mentis, adhuc majora viderent miracula, quam illuminare caecos, vel suscitare mortuos &c. Nam, ut dicit B. Gregorius super Marcum ultimo: signa data sunt credentibus in Christum quod daemonia ejiciant, linguis loquantur, super aegros manus &c. Ergo qui non facit ista miracula, non credit in Christum: non est sic; quia miracula illa corporalia erant in abundantia exercenda per illos primos pastores pro conversione infidelium. Apud fideles autem majora hodie fiunt quam non est restituere visum corporalem post modicum in terra computrescendum, et idem de similibus curationibus. Non videntur tibi longe majora miracula, hominem mortuum, et foetidum in peccatis, non solum quatriduanum, sed per decem, viginti, triginta annos putrescentem, suscitare ad vitam spiritualem per bonam doctrinam, et per bonum exemplum, per orationes et per similes actus spirituales? Non videtur tibi super omnia miracula corporalia, quod ille qui heri ardebat in divitiis et avaritiis, nec sufficiebant sibi modi vel artes ad congregandum, et forte per fas, vel per nefas, quod hodie omnibus renunciatis, velit perpetuò vivere in paupertate? Heri elevabatur in superbiam satagens aequiparari majori, dominari aequali, affligere inferiorem, quod hodie in humilitate volens vivere, etiam pauperibus sit paratus servire? Nam ut habetur in collationibus patrum, cum quidam infideles multas injurias corporales verbales cuidam monacho irrogassent, impropriantes ei quae miracula faciebat Christus ejus; respondit: vultis majora miracula, quam quod omnes vestras injurias sustinui patienter sine aliqua indignatione? et adhuc majora paratus sum sustinere in nomine ipsius. Heri artes coquorum, et victualium varietates non poterant

suae gulæ satisfacere; hodie voluntariè, et laeto spiritu se affigit fame, sustentans naturam ruribus, et grossis cibariis, quae oculi sui heri noluissent àspicere. Heri dicebat: non sit pratum quod non transeat luxuria nostra; qui hodie laudando, et exultando in castitate, et carnem castigando cogat servire spiritum suum puritati, et continentiae, minimas etiam cogitationes in honestas improbans, et refrenans. Videntur ne vobis magna miracula ista, et his similia, quae per te potes cogitare? Videretur vobis magnum miraculum creare de nihilo coelum, et terram; majora tamen sunt ista; quia ut ait Augustinus, majus est justificare impium, quam creare coelum, et terram. Omnia ista invenies in ordine nostro non solum facta, sed continuè succendentia. Et tamen vos plus velletis videre, et ad majus reputaretis quod unus lapis per se elevaretur per duos palmos super terram? Et scitis quare? quia oculi carnei vobis sunt, qui petitis miracula corporalia. Ego autem supplico omnipotenti D. Jesu Christo ut super his quae ego in fide, vel devotione credo, nullum miraculum corporale videam, vel audiam, quia non reputarem me fidelem, nec Deo acceptum. Noster ergo ordo nihil aliud existimat se scire, vel sequi, nisi cum Apostolo, Christum, et hunc crucifixum. Concludendo ergo istud, sit vobis pro summâ conclusione, et omnibus sapientibus aliquid de Deo, quod viventes, et finientes dies suos cum perseverantiâ in observantiis nostri ordinis non solum in futurâ vitâ sunt sancti, sed erunt coniudices in futuro iudicio cum gradu apostolico. Nam quod scriptum est: *vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecimi &c.* non solum apostolis, sed omnibus pauperibus spiritu servantibus paupertatem in humilitate summâ est dictum. Ita quod non est dictum confessoribus, doctoribus, martyribus, vel virginibus; sed pauperibus; et istud sit vobis

supra omnia miracula Consolamini ergo invicem in verbis istis. Ista ad vestram importunam instantiam festinans tissimè scripsi; non credebam tantum scribere, sed non potui refrenare calamum, neque potui verbis compositis ordinare, sed grossis, et rudibus, quia occupatus ut scitis, in spiritualibus, et temporalibus non possem pro nunc vacare; sed teneatis penes vos, et respirans medicum ponam in aliâ minus malâ formâ cum allegationibus, praestante D. N. J. C. qui cum Patre, et Spiritu Sancto sit benedictus in saecula saeculorum. Amen.

III.

Ejusdem D. Bonifacii Ferrer de caeremoniis ordinis cartusiensis, et de ejus confirmatione, et approbatione.

Quia quaesivisti à me, tu juvenis, assignari tibi aliquas rationes de caeremoniis nostri ordinis cartusiensis, et de ejus confirmatione seu approbatione; et licet ad praesens vacare in his sit mihi difficile et molestum, urgentibus aliis arduis et inevitabilibus occupationibus praesentis nostri cap. gen. nunc de proximo instantibus; tamen ut minus male potero, pro tuâ consolatione non tardabo aliquid furtive scribere, sperans dante Domino aliquid satius captatâ opportunitate tibi explicare; et ut breviter potero de confirmatione ejusdem ordinis me expediam. Volo te scire, quod antiquitas, et perseverantia in observantiis sanctae vitae dicti nostri ordinis deberet cuilibet viro spirituali sufficere ad intuendam perfectam confirmationem tanti ordinis. Est enim antiquior omnibus aliis, excepta regula S. Benedicti, et canonicorum regularium S. Augustini: fuit enim per viginti unum annos ante ordinum cisterciensem, et ultra per centum triginta

duos annos ante praedicatores , et minores , et ceteros mendicantes. Et quod ordo viguerit , et vigeat in suis caeremoniis , et observantiis , et quotidie devotio , et plantatio multiplex domorum increscat , vel calescat : istud sit tibi oculis pacificis et spiritualibus intuenti , plena probatio confirmationis. Nam in antiquis monasteriis Aegiptiorum , et aliarum regionum , quae fuerunt in maximâ abundantiâ , et in numero personarum innumerabili , non legitur alia confirmatio vel approbatio sedis apostolicae nisi sola sanctitas vitae in Dei servitio cum perseverantia virtuosa. Et haec est confirmatio invisibilis Spiritus Sancti , et unctionis ipsius quae docet omnia in 10. cap. 2. et hoc est quod dicitur actuum 5. cap.: *Si opus non est ex Deo , dissolvetur.* Nec etiam primitiva ecclesia circa religiones istas confirmationibus vel approbationibus utebatur. Sed quia à ducentis annis citra quam religiones nimium multiplicatae fuerunt , licet aliquae non multum creverint in sanctitate , ut impleretur quod dictum est per Isaiam: *Multiplicasti gentem , non magnificasti laetitiam :* ecclesia , tunc videns confusionem ex multiplicatione , et per consequens contemptum et indevationem , reprobavit omnes religiones , mendicantium quatuor exceptis , ut in cap. 1. de relig. docetur lib. 6. Et quia ex superbia alioquorum solo habitu religiosorum multae haereses pullularunt , voluit etiam strictius ponere manum in inventione religionum. Ex hoc , à principio et praedicatores , et minores , ne reputarentur occulta conventicula , obtinuerunt approbationem. De religionibus autem antiquioribus non legitimus aliquam approbationem expressam sedis apostolicae ; sed eorum sanctam vitam ecclesia sciens , eis ut viris sanctis et approbatis communicare , et multa privilegia , et varia concedere voluit , quae erat plena confirmatio , et approbatio earum. Et isto respectu non le-

DE DOCUMENTOS.

237

gimus de sanctis antiquis expressam canonizationem ab ecclesiâ factam, sicut nunc fit de sanctis modernis. Et ideo de tam antiquâ et laudabili religione cum tantâ perseverantia superfluum, immo curiosum, et quasi superstitionis esset quaerere approbationem, vel confirmationem. Sed ut magis bonum desiderium tuum ad litteram impleatur, volo te scire quod multi romani pontifices successivè decoraverunt ordinem nostrum cartusiensem, multis, et latissimis privilegiis, cum extollendo, laudando, et approbando, quorum originalia sunt in hac domo cartusiae. Sed specialiter d. papa Alexander IV expresse approbavit omnia statuta, et constitutiones nostras, dando plenam potestatem priori cartusiae in cap. gen. ordinandi, gubernandi, regendi, disponendi, statuta faciendi &c. omnia latissime ponendo de verbo ad verbum in sua approbatione, sive confirmatione totum capitulum 28, secundae partis statutorum nostrorum in quo omnia comprehenduntur. Et haec sufficiatur tibi pro plenitudine quaestio[n]is tuae, licet breviter dicta.

IV.

Ejusdem R. P. D. Bonifacii responsio ad quaesitum de caeremoniis ordinis cartusiensis in officio divino, maximè in missâ.

Veniens ad quaestio[n]em 'de caeremoniis nostris in officio divino, specialiter in missâ; et debes pro evidentia scire tria principaliter. Primum quod homo tenetur laudare Deum, et sibi servire, et eum diligere totâ animâ, totâ mente, et omnibus viribus &c. ut in praeceptis Decalogi. Quia tam corpore sicut instrumento, quam animâ sicut gubernatore, sicut cum multipliciter offendit

mus, opportet de utroque sibi servire, ut dicitur in Ps.
*Benedic anima mea Domino, et omnia, quae intra
me sunt, nomini sancto ejus.* Et ex hoc affligimur vigi-
liis, jejuniis, et aliis austoritatibus in corpore, ut sibi de
omnibus sacrificium faciamus. Secundum, quod eccle-
sia nostra militans in his quae pertinent ad laudem Dei,
et ejus servitium, debet saltem in his se conformare cum
ecclesiâ triumphanti, quae sursum est, et imitari sanctos
qui in hac vitâ placuerunt Deo. Et hoc est quod Domi-
nus dixit Moysi in figura (Exodi 25. cap. in fine.): *In-
spice, et fac secundum exemplar, quod tibi in monte mons-
tratum est.* Hoc autem significavit Joannes in Apoc.
(17. cap.): *Vidi civitatem sanctam Jerusalem, notam,
descendentem de celo à Deo, paratam &c.* Et sequitur:
*Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, et habitabit cum
eis &c.* Tertium debes scire, quod sicut observatio man-
datorum Dei est grata et accepta sibi, sic est ritus caere-
moniarum. Et in hoc commendatur Abraham in multis
repromissionibus (Gen. 26. cap.): *Dabo tibi...universas
regiones has, et benedicentur in semine tuo omnes gentes
terrae, eo quo obedierit Abraham voci meae, et custodie-
rit praecepta, et mandata mea, et caeremonias &c.* et
Exodi 12. cap.: *Observabis caeremonias istas.* His au-
tem praesuppositis, debes scire, quod de his quae pertinent
ad laudem divinam in ecclesiâ triumphali, et earum cae-
remoniis aliis, revelavit nobis Deus per prophetas, et
sanctos suos in scripturis sanctis, quae etiam ipsi sancti
in hac vita in gestu corporali observaverunt. Aliquando
enim laudabant, et adorabant Deum genuflexo; hoc fecit
D. noster Jesus Christus (Lucae 22. cap.), et B. Stepha-
nus ejus exemplo (Act. 7. in fine.): *positis genibus clas-
mavit &c.* Hoc fecit Paulus apostolus cum suis discipu-
lis. *Act. 20 cap. in fine, et 22 circa principium;* et ad

Ephesios 3. cap. dicit: *Flecto genua mea ad Patrem &c.* Et iterum: *Ut in nomine Jesu omne genu flectatur* (ad Philip. 2. cap.). Et multi alii, tam in novo, quam in veteri testamento aliquando orabant Deum procumbentes in terrâ ante faciem suam; sic fecit D. N. J. C. (Marci 14. cap. ibi): *Procidit super terram.* Id Josue 7. cap. Judit 4., et 10. cap. in principio. Tobiae 12. cap. in fine: hoc et fecit prius Lucae 5. cap., Joan. Apoc. 1. cap. in fine, et 4. cap. et in aliis multis locis sacrae scripturae. Aliquando stantes, et hoc modo vidit Stephanus Iesum stantem (Act. 7. cap.), et hoc modo oravit pro se ipso Stephanus, ut in dicto 7. cap. habetur. Et hoc modo vidit Magdalena Iesum stantem (Jo. 20. cap.) et in multis locis stetit Jesus post resurrectionem in medio discipolorum. Et inde in ecclesiâ à die Resurrectionis usque ad festum Trinitatis oramus stantes. Aliquando inclinati, sive incurvati adoraverunt (Exodi 12. cap. et Nehemiae 8. cap. et Genes. 24. cap.); et hoc modo inclinans Magdalena meruit videre angelos (Joan. 20. cap.). Istis ergo modis, et gestibus corporis sancti adoraverunt, et oraverunt Deum. Ordo ergo noster volens se cum sanctis Dei, et cum eorum observantiis et caeremoniis conformare, servat in reverentiâ et adoratione divinâ et divinis officiis, praecipue in oblatione sanctissimi sacrificii missae, omnes predictas caeremonias; ut de omni sanctitate participet, et eos in tam laudabilibus actibus imitetur. Et ita debent facere omnes veri christiani, saltem ecclesiastici, et praecipue religiosi; qui licet à principio, dum vigebat devotio apud eos, ita facerent, tamen apud aliquos, sive ex disuertudine, sive ex contemptu, sive ex verecundiâ, seu aliter evanuit, et deductum est in oblivionem; et mirantur de nobis, immo irrident, et subsanant, qui perseveranter facimus in laudem Dei quod tenemur, immo ti-

mentes illud verbum (Luc. 9. cap. et Mat. 16. cap.): *Qui me erubuerit, et meos sermones &c.* Nos ergo in ordine nostro ad laudem et gloriam Dei aliquando oramus genu flexo, aliquando procumbentes proni in terram, aliquando inclinati, sive incurvati, aliquando recti, et hoc modo stantes, id est, non innixi, vel apodiati (a), quasi modicum extra sedes capite nudato cantamus: *Kyrie eleison, Gloria in excelsis Deo, Credo in unum Deum, Te Deum laudamus &c.* Videtur ergo clarum fundamentum et laudabilia motiva nostrarum caeremoniarum.

Sed adhuc tibi magis specificè ad aliquas nobiles et insignes caeremonias (supl. *explicandas accedo*) in magnâ divinâ reverentia apud corda devotorum, et aliquid de Deo sapientium, plenas assignando tibi rationes speciales, ultra praedictas generales. Et primo in ordine nostro quando cantamus post praefationem *Sanctus, Sanctus &c.*, stamus super (b) misericordias incurvati, capite cooperto. Hoc ideo, fit, quia ita legimus in gloriâ coelesti angelos, à quibus primò dictum cantum habuimus, eo modo cantare; ut habetur Isaiae 6. cap.; duabus enim alis velabant faciem suam, dicentes *Sanctus &c.* De quo etiam fit mentio Apoc. 4. cap., ubi animalia habentia senas alas, cantabant *Sanctus*, et tunc

(a) *Apodiare* (fulcire, sustinere) in usu est a scriptores infimae latinitatis. De S. Ivone legitur in Inquisit. pro ejus canonizatione: *Sedendo et se apodiando de pectore super libros, et inclinato capite dormiebat.*

(b) Super misericordias. *Misericordias* vocat sellulas, erectis formarum subselliis apposi-

tas, quibus stantibus senibus vel infirmis per misericordiam insidere conceditur, dum alii stant. De his statuta ord. carthusiensis: *Stent in sedibus suis versâ facie ad altare, donec, ad misericordias... inclinent. Et mox: In festis duodecim lectio-*

num ad misericordias inclinamus.

DE DOCUMENTOS.

241

seniores procidebant, et adorabant viventem in saecula saeculorum; et quia nos non habemus alas, velamus facies nostras sicut mellis possumus, ut laudem angelorum saltem in aliquo imitemur. Et dicto *Sanctus*, nos surgimus certis temporibus, vel aliis flectimus genua, proculentes super formas. Et in elevatione corporis Christi deponimus caputia, et humiliter genuflexo adoramus Redemptorem nostrum. Et hoc modo post *Sanctus* faciebant in gloriâ aeternâ viginti quatuor seniores iacentes, id est, deponentes coronas suas ante tronum, ut habetur Apoc. 4. cap. in fine. Ultimè elevatâ hostiâ nos cadimus proni in terrâ in facies nostras adorantes Deum nostrum, quem oculis nostris sub sacramento vidimus. Moyses etiam viso Domino in rubro, abscondit faciem suam, sicut fecit Abraham quando apparuit sibi Dominus Genes. 17. cap. in princ.; ubi viso Domino cecidit pronus in terra. Ita fecerunt Moyses, et Aaron viso Domino Num. 16. cap. justa medium. Sic fecit iterum Abraham Gen. 18. cap. et multi alii sancti in veteri Testamento, quod ommito causâ brevitatis. Isto modo revelatum est B. Ioan. in novo testamento fieri per sanctos in gloriâ aeternâ. Ubi dictâ gloriâ cum benedictione sedenti in trono, viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, et adoraverunt viventem in saecula saeculorum (Apoc. 5. cap. in fine). Et istâ consideratione facie velatâ, sive ejus loco, capite cooperito, stamus usque post communionem. Item ex eo, ut in illo intervallo temporis possint quibus datur gratia, cum lacrymis et devotione cogitare et contemplari dominicam passionem, quae per ea, quae tunc aguntur, significatur. Nam aspectus tam activus quam passivus, ut plerumque facere cessare (a), vel refrigerescere fervorem

(a) Puto legendum: ut plerumque solit, facit cessare &c.

devotionis, et mentem humanam variis cogitationibus agitari. Item ex eo, quia cum habitu lugubri, quantum possumus, quod significatur per capitum velamen, seu cooperaturam, debemus de passione D. N. J. C. et de ejus morte cogitare illo tempore quo nobis sub veritate sacramenti representatur. Nam in elevatione hostiae mysticè significatur elevatio de sanctissimo corpore Dominico facta in cruce: et exinde usque ad communionem, ea quae in ipsius complemento passionis acta sunt. Item ex eo, quia illo tempore à sextâ usque ad nonam tunc factae sunt teuebrae in universâ terrâ, ut habetur Lucae 24. cap. et Mat. 20., et Marci 15. cap. Nam expirante Domino, obtenebrata est terra, ut saltem creaturae irracionales, sicut poterant, faterentur illum esse Deum eorum, qui ita turpius patiebatur, et compateretur sibi: quod nos illa contemplando obtenebramus caput. Unde debes scire, quod omnia quae acta sunt in passione Christi Domini, significantur in sacrificio missae, sive per verba, sive per signa, sive per cruces, sive per gestus, sicut sub tam brevi mysterii tempore compendiosè fieri potest. Nos etiam confecto sanguine elevamus modicum calicem; et de ista elevatione est ratio litteralis propter periculum altioris elevationis, ne sequatur sacramenti effusio, sicut aliquando aliquibus contigit. Item ut sit uniformitas, ut tam juvenes qui elevare possunt, quam senes praecipue trementes, qui sine periculo effusionis non possunt elevare, sint in hoc conformes. Et istud idem observatur, vel saltem debent observare aliqui mendicantium, ut audivi à quodam notabili praclato eorum: videlicet, quod non debent elevare calicem nisi usque ad nasum; et ita à multis fieri vidi. Tamen propter conversationem et frequentiam saecularium, ut non sit diversitas, conformat se cum ritu clericorum saecularium, sicut nos facimus extra do-

mos nostras celebrantes inter saeculares, ne scandalicentur in diversitate rituum, non intelligentes secretiora mystaria. Argumentum *cap. Deus ext. de vita et honestate clericorum.* Ratione autem mysticâ fit, ut significetur quod nihil amplius est sub hostiâ, quam sub calice, et è contra, quamvis diversae formae sint panis, et vini. Tamen post consecrationem nihil plus vel minus est sub unâ formâ, quam sub aliâ. Ideo adorato Domino sub unâ specie, non adoratur à viris spiritualibus, nec est necesse quod sub aliâ specie adorent, nisi mentaliter. Praecipue quia species viæ etiam per elevationem non potest videri; sed dumtaxat argentum, vel aurum. Idcirco etiam cessamus ab illâ calicis elevatione, quia nec per illam ostendimus in suâ specie sacramentum. Et in hoc conformamur universaliter et catholicae ecclesiae, quae hodiè communicando fideles solum corpus consecratum tribuit, et non sanguinem. Et tamen non possunt ex hoc conqueri christiani, nec conqueruntur, licet sub utraque specie reciperent antiquitùs, ut habetur in decretalibus. Quia sive sub unâ, sive sub dupli specie, nihil amplius, vel minus sumunt. Et fuit mutatum propter aliqua pericula, praecipue effusionis, ut dictum est in elevatione. Et etiam ut crederent firmiter integratatem certam sacramenti sub illius specie; et istae rationes ratificant ritum nostrum. Et iterum istud in nostro ordine observamus ad hoc, ut nobiscum audientes divina, cujuscumque status sint, instruamus, et incitemus nostro exemplo ad devotionem, et fervorem fidei circa tantum sacramentum ad majorem honorem divinum, ita ut viso sacramento perfectè sub specie panis, dum consecratur sanguis non expectantes eum videre, adorent Salvatorem suum proni in terrâ, osculando terram in signum humilitatis, et profundæ reverentiae; ut amplius circa divinum honorem agamus, quam circa principes et

244

APENDICE

domnos, quibus flectimus genua. Sic nos facimus, morem sanctorum patrum veteris, et novi Testamenti, ut dictum est, imitantes. Et isti humiles gestus corporis circa reverentiam nostri Redemptoris inducunt multos ad devotionem et compunctionem, plus quam genuflexiones; et sic vidi fieri frequenter etiam apud saeculares devotos. Item ex eo elevamus etiam hostiam solum, ut significemus totum Christum integrerter elevatum affixum in cruce, quod significatur ut diximus, in elevatione hostiae. Et si dicatur quare saeculares non significant istud idem, respondetur quod quilibet habet suas laudabiles observantias, et considerationes, et in hac varietate considerationum amplius viget laus Dei, quia alius sic, et alius sic, ut dicit apostolus, ex quo convenimus in eadem fide, et in reverentia unius Dei, et Salvatoris nostri J. C.

Ultimò, ex praeditis considerationibus nos cantato semel *Agnus Dei*, procumbimus iterum proni in terrā, orantes, et adorantes usque ad sumptionem perfectam sacramenti, et tunc surgimus, et cantamus bis *Agnus Dei*. Quamvis per superius dicta assignentur efficaces rationes quare in terrā proni procumbamus, potest etiam alia ratio haberi. Nam dum sacerdos habens sacramentum vitae, idest, verum nostrum Redemptorem, et D. N. J. C. adorat, et orat pro nobis, nos etiam quibus non debent sufficiere omnes vires corporis ad eum laudandum, orantes simul, et ipsum adorantes in illo gestu corporis humiliiori quo possumus, approbamus, et presentamus simul orationes et desideria nostra Deo, laudantes ipsum, et gratias illi agentes de tanto beneficio, dicentes, *Amen*, ut totum habetur Apoc. 5. in fine. Et istis respectibus cantantes *Credo in unum Deum*, osculantes terram dicimus *et homo factus est*: recognoscentes descensum nostri Redemptoris ad terram, osculantes eam, quam suis gressibus sacratissimis

DE DOCUMENTOS.

245

calcavit, et in qua passus est, et in qua carnem nostram terrenam assumpsit de muliere sanctissimâ, ex terrâ factâ, sicut et nos; et quia in terrâ fudit sanguinem suum, et in eâ sepultus est. Memorantes ergo cum devotione quod Deus factus est homo pro nobis, osculamur terram, quae cum suscepit, cum humiliter adorantes. Item procumbimus in terram post primum *Agnus Dei*, sicut et post elevationem sacramenti etiam alio respectu; videlicet, significantes illam sanctissimam transfigurationem Salvatoris in monte Tabor factam coram tribus apostolis, qua visâ ceciderunt in facies suas, non surgentes nisi cessante, vel recedente illius gloriae splendore. Nec nos surgimus nisi consummato tantae gloriae sacramento. Et etiam procumbimus in terram, quasi tenentes, et osculantem per fidem, et adorantes pedes nostri Redemptoris, memorantes quae fecit Magdalena cum aliis mulieribus (Math. ultimo). Et ideo à principio cantamus unum *Agnus Dei*, ut liberius vacemus adorationi, et devotae orationi. Et sumpto sacramento surgentes ab adoratione, tunc cantamus duo *Agnus Dei*, dum sacerdos alia perficit, quae ad completionem mysterii pertinent. Item etiam ut significemus quod non solum in sacramento, quod significat passionem, sed etiam post consummationem sacramenti credentes firmissime cum regnante in coelis, tamquam à vero Agno petimus remissionem peccatorum, significante illum Agnum adoratum super montem Sion à centum quadraginta quatuor millibus (Apoc. 14. cap.). Item ut significemus quod divina pietas ad remissionem peccatorum, et ad alia spiritus charismata, non est alligata sub virtute sacramentorum, quoniam sine quocumque sacramento potest omnia dare, et remittere. Et idcirco hoc credentes, consummato sacramento petimus bis tamquam ab Agno immaculato indulgentiam peccatorum, dicentes bis *Agnus Dei*, qua-

si asserentes majorem esse, et fuisse suam potestatem, etiam cessante omni sacramento, quam in virtute cuiuslibet sacramenti. Magnificantes (*a*) etiam in cantando primum unum *Agnus Dei*, et postea duos, quod vivente Christo in carne visibili B. Joan. Baptista, à quod istud verbum *Agnus Dei* habuimus, semel dixit (Jo. 1.); Christo autem ascende et regnante in coelo, quod significatur consummato sacramento, multi et multis vicibus cantarunt et geminarunt istud dulcissimum verbum *Agnus Dei*, et dederunt gloriam Deo, et Agno, Apoc. quinto, sexto, septimo, terciodecimo, quartodecimo cap., et quasi per totum. Ubi geminatur frequentissimè *Agnus*, significantes Christum Redemptorem, et Salvatorem nostrum: cui sit gloria, et honor cum Patre, et Spiritu Sancto, in saecula saeculorum. Amen.

Ordinatio facta per reverendissimum in Christo Patrem dominum Bonifacium, priorem carthusiae, de novitio induendo et introducendo in cellam.

EX AUTOGRAGR. IN ARCH. CARTHUS. PORTAE COELI.

Hora qua novitus debet recipi ad ordinis habitum, congregatur conventus in parvo claustro, et novitus jam rassus, et indutus ex toto per aliquem de monachis de habitu quem debet portare in novitiatu, ducitur ad parvum claustrum, ubi prior cucullâ ecclesiasticâ indutus cum stola, et libro ad adventum novitii intrat primus ecclesiam adnuens novitio ut eum sequatur, et postea monachi antiquiores per ordinem intrantes sedes suas. Et prior dicit novitus ad medium gradus altaris, instruens eum ut ge-

(*a*) Significantes.

DE DOCUMENTOS.

247

nibus ad terram flexis inclinatus faciat orationem. Et prior accedit ad penultimam sedem chori sui. Et tunc cantor chori de choro ubi est cantoria hebdomadaria incipit altâ voce sine alleluia ante vel post, nobis stantibus facie ad alterutrum chorū, nec apodiantibus, hinc vel inde versum: *Veni sancte Spiritus*, prout est notatum in graduibus. Et cantato primo verbo, scilicet, *Veni*, statim precumbimus super formas quoisque sit dictum, *Sancte Spiritus*: et tunc surgentes perficimus versum cantando planè et spatiösè stantes ritu quo incepimus.

Quo dicto dicit prior stans rectus ut prius submissâ voce sed intelligibili, nobis inclinantibus super misericordias. ¶. *Confirmat hoc Deus*. ¶. *Quod operatus &c.* ¶. *Dominus vobiscum*. ¶. *Et &c. Oremus. Oratio. Actiones nostras quaesumus Domine &c.* — *Deus qui corda fidelium sancti &c.* — *Per Dominum... ejusdem &c.*

Sub unâ conclusione dicuntur praecedentes duae orationes, et post conclusionem non dicitur *Dominus vobiscum &c.* nec aliud aliquid, sed responso *Amen* cantor incipit submissâ voce Psalm. *Miserere mei &c.* conventu alternatim prosequente. — Et tunc prior accedens ad novitium facit cum surgere de gradu altaris, adnuens ei ut sequatur eum. Et praecedente priore cum aspersorio et libro sequitur novitus, postea ceteri per ordinem, praecedentibus antiquioribus. — Et si praedictus psalmus non sufficit usquequo prior et conventus vel major pars sint in cella novitii, post *Gloria Patri* continuatur Ps. *Quam dilecta*. Ps. *Memento Domine David*, si fuerit necessarium. — Veniens autem prior ad cellae ostium, aspergit novitium, et ingressum cellae, et cellam dicens: *Pax huic domui*. Tenensque manum novitii introducit eum, et ducit ad oratorium, ubi est genibus flexis. — Finito vero psalmo vel psalmis cum *Gl. Patri* sequitur *Kyrie, Chris-*

*te, Kyrit, Pater noster, et Ave Maria. ¶ Et ne nos.
¶ Salzum fac. ¶ Mitte ei, Domine. ¶ Esto ei, Domine.
¶ Nichil proficiat. ¶ Domine, exaudi. ¶ Domine Deus
virtutum. ¶ Dominus vobis. Oremus. Sub una conclu-
sione dicuntur istae tres orationes. Prima Deus qui justificas
impium et non vis &c. Secunda Pretende Domine. Tertia
*Exaudi nos Domine sancte Pater omnipotens &c. Per om-
nia saecula.* Et responso Amen, nichil ultra dicitur. — Sed
prior vertens se ad novitium nominando eum (a), qui ni-
hil respondet, dicit, Domine talis, injungo vobis cellam
et aliorum quae ad nostri ordinis pertinent observan-
tiam, et exercitium in remissionem peccatorum. Et tunc
vocans unum de monachis senioribus, non aetate sed
moribus, aptitudine, discretione, et honestate, secun-
dum verbum Domini dictum Moysi, Numer. XI. cap.
Congreg. LXX viros &c. Quod non intelligitur de aeta-
te, alias quilibet cognovisset qui erant senes, et melius
fuisset Susannam committere Danieli juvenculo, quam duo-
bus presbyteris senioribus. — Dicit prior: (b) Domine ta-
lis, visitabitis istum novitium horis congruis, instruendo
eum in divinis officiis ac ceteris observantiis ordinis. —
Quo finito prior deponit ibidem cucullam et stolam, reci-
piens eas conrarius, vel vicarius, vel antiquior. — Et consue-
vit dicere, benedicite, et possunt loqui de bonis modicis;
et sic quilibet vadit ad cellam suam. — Et si plures simul
recipiuntur, sicut ego (c) in carthusia recepi quinque simul
eadem hora, eodem modo sic eundo ad quemlibet, primò
ad cellam illius qui ponetur in primo loco, et alii reci-
piendi etiam ibunt simul. Et inde itur continuando, vel
iterando dictos psalmos ad cellam secundi, et idem de*

(a) Nominat eum.

(b) Nominat eum.

(c) Bonifacius prior carthu-

siae.

alio vel aliis sequentibus. Sed ille qui jam est incellatus, pro tunc non vadit ad alios, sed remanet in celia.

De aegrotis visitandis, et defunctorum sepulturâ juxta ritum FF. carthusiensium, auctore, ut creditur, V. D. Bonifacio Ferrer.

EX ARCH. CARTHUS. PORTAE COELI.

Ordo ad visitandum aegrotum.

Cum aegrotus frater morti appropinquare putabitur, congregetur conventus ad visitandum et inungendum eum. Omnibusque necessariis preparatis, praecedunt qui portant ignem, crucem, aquam benedictam, scilicet, sacrista, diaconus, procurator vel vicarius. Sequitur sacerdos induitus cucullâ ecclesiasticâ cum stolâ, et portans librum ordinis, nisi sit corpus Domini portaturus: tunc enim portatur ab alio; deinde sequuntur antiquiores, et ceteri per ordinem, et in eundo dicitur: *Miserere mei, Deus.* Porro si infirmus eâ die non communicavit, portat sacerdos corpus Domini, et calicem habeat ad eum communicandum. Aportatur etiam vinum et aqua, et praeparatur cinis benedicendus. Et intrans domum, dicat sacerdos aspergens aquam sanctam: *Pax huic domui, et omnibus &c. R. Amen.* Tunc dicit infirmus: *Confiteor, si scit. Si non, maternâ linguâ generaliter confitetur....conventus congregetur privatâ confessione.* Sed et tunc si quid ad memoriam reduxerit, privatim confiteri poterit. Post confessionem dicit sacerdos: *Misereatur tui omnipotens &c. et absolvit eum.* Et post absolutionem dicat sacerdos: *Salvum fac &c. R. Deus meus &c. Esto ei &c. R. A facie &c. Nihil proficiat &c. R. Et filius &c. Dominus vobiscum. Oremus. Ora-*

tio. Haec et sequentes orationes dicuntur sub una conclusione. Deus qui famulo tuo Ezechiae ter quinos annos ad vitam donasti; ita et hunc famulum tuum à lecto aegritudinis suae potentia tua erigat ad salutem. *Oratio.* Deus, qui beatum apostol. tuum Jacobum loquutus es dicens: Infirmatur quis &c. — Qui vivis... ejusdem &c. Deinde dicitur Ps. *Domine ne in furore &c.* primus. Post cujus finem ungitur ejus visus, et dicitur: *Per istam unctionem.... per visum.* Et ita post singulorum VII psalmorum finem repetitur haec eadem oratio ad singula quibus inungitur loca, idest, ad auditum, ad odoratum, ad gustum, sive loquaciam, ad tactum, sive ad manus, ad incessum pedum, ad ardorem libidinis, idest, ad renes. Et ad singulas unctiones fit tersio cum stupâ, postea iterum tergitur os ejus mapâ, sacerdosque digitos tergit et abluit, et ab omnibus tanquam profecturus piè osculat +. Dicit infirmus *Credo in Deum*, vel instruitur ut fidem ecclesiae catholicae maternâ linguâ confiteatur. Et hortatur ut veniam petat, et in se peccantibus de corde puro dimittat. Quo facto communicat, cantantibus qui assunt communionem: *Hoc corpus, quo d pro tobis tradetur: hic calix novi testamenti est in meo sanguine, dicit Dominus: hoc facite quotiescumque sumitis, in meam commemorationem.* Post haec dicuntur orationes istae sub una conclusione: Dominus vobiscum. Oremus. *Oratio.* Respice Domine, famulum tuum in infirmitate sui corporis laborantem, et animam refove &c. *Oratio.* Deus qui facturæ tuae pio semper dominaris affectu, inclina &c. *Oratio.* Deus qui humano generi et salutis remedium, et vitae aeternae munera contulisti, conserva &c. Per Dominum.

Sequitur benedictio cineris, cui infirmus superponendus est. *Oratio.* Deus indulgentiae, pietatis, et misericordiae, qui ninivitis cinere et cilicio indutis, et misericordiam

DE DOCUMENTOS.

251

tuam clamantibus subvenisti: exaudi nos propitius, et hanc creaturam cineris, qua peccatores indulgentiam tuae sanctae misericordiae implorantes utuntur, benedixce-re dignare, et sanctificationis tuae gratiam super eum infunde: ut quicunque pulveris hujus conclusione asper-sus fuerit, indulgentiam, et remissionem omnium pecca-torum à te, piè, omnipotens Deus, mereatur accipere. Per Dominum. *Et aspergit cinerem aqua sancta.* — His peractis, aqua benedicta in aliquo vase ibi remaneat. Sa-cerdos vero et conventus revertuntur eo ordine quo ve-nierunt.

De appropinquante ad mortem.

Cumque jam mori putabitur ab hiis qui ei serviant, signo dato, postposita omni occasione occurunt cuncti, nisi tunc in ecclesiam divinum contigerit celebrari offi-cium. Tunc enim prior, vel cui ipse iniunxerit habens cucullum ecclesiasticam et stolam cum duobus aut tribus ad morientem festinat. Depositoque eo super benedictum cinerem (*a*) laetaniā pro ut res patitur longam, vel bre-vem faciunt, sacerdote cum cucullā ecclesiasticā et stolā illam inchoante.

Dicitur laetania sanctorum. Et in fine: *Pater noster. Salvum fac &c. Esto ei &c. Nichil proficiat &c. Domi-nus vobiscum. Oremus.* Misericordiam tuam, Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus, pietatis affectu rogare pro aliis cogimur, et qui pro nostris supplicare pec-catis nequaquam sufficiimus, tamen de tua confisi &c. Per Dominum.

(*a*) Sufficit lectum in quo generalis anni M. CCCCXXII. jacet modico cinere respergi se- factam, cundum ordinationem capituli

Quid siendum quando tardat mori.

Quo mori tardanti, qui circa eum cum licentiâ remanserint, legant passiones. Quo defuncto, signo postis iterum congregantur omnes, nisi tunc divinum officium in ecclesiâ celebretur: quia tunc, ut supradictum est, prior, vel is cui injunxerit, portans secum stolam cum cucullâ ecclesiasticâ, cum duobus aut tribus ad mortuum festinat, et statim à praesentibus dicantur V psalmi. *Verba mea, Domine, ne in furore. Dilxi. Credidi propter. De profundis. Pater noster. Ave Maria. A portu inferi. Dominus vobiscum.* Oremus. Deus cui proprium est misereri semper et parcere, propitiare animae famuli, et sacerdotis tui (si sacerdos fuerit) et omnia &c. Per Dominum. Exinde agenda plenaria cum laudibus et vesperis. Post hanc psalterium. Interea abluitur defunctus, et induitur monachus cilicio, et tunica, cucullâ, caligis et pedulibus. Latus tunica, et capucio, caligis et pedulibus (a). Inde imponitur feretro.

Parato igitur corpore et fossâ apertâ, si defunctus est monachus, prior indutus cucullâ ecclesiasticâ, et stolâ, praecedentibus qui portant crucem, ignem, aquam sanctam et turibulum, et conventus subsequens veniunt ad cellam ubi est corpus, et de bonâ consuetudine, eundo, et redeundo conventus dicit submissa voce *Miserere mei* &c. quibus cellam ingressis aspergitur corpus, aquâ sanctâ, à sacerdote, à quo etiam turificatur crux ter, et corpus, scilicet faciendo signum magne ✕ cum turibulo super cor-

(a) *Et pedulibus. Pedulia, cucullo, aptatus pedulis pedes pedules, tibalia, pedum in- aperuit. Guigo (Vit. S. Hugon. dumenta. Gregor. Turon. (de n. 30.) Mandare curavit, ut de vitis Patr. cap. VIII.) Denso caligis pedules abscinderet.*

pus: qui modus turificandi servatur in sequentibus quotiens
 turificatur corpus, vel fossa. Et intermissi psalmodiis, di-
 cit sacerdos preces et orationes sequentes cum cucullâ
 ecclesiasticâ et stolâ, altâ voce: *Pater noster &c.* ut in-
 fra. *Et ne nos.* *In memoria &c.* prout est infra punctuatum,
 nichil mutando. Cùm vero laicus defunctus apportatur, su-
 perius ponitur ante portas ecclesiae, et praesente con-
 ventu prior indutus cucullâ ecclesiasticâ cum stoli exit
 ad eum, et aspergit et turificat ut supra, et incipit altâ vo-
 ce: *Pater noster.* *Et ne nos &c.* et subdit per dictas preces
 et orationem. *¶.* *In memoria.* *¶.* *Ne tradas.* *¶.* *Ne intres.*
Dominus vobiscum. Oremus. *Oratio.* Deus cui omnia vivunt,
 et cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutan-
 tur in melius &c. Per Dominum. — Huius expletis cum
 psalmodiâ submissâ, ut dictum est supra, fertur in eccl-
 esiam, praecedentibus qui portant aquam sanctam, ignem,
 crucem, turibulum, et sacerdote, et conventu. Cum autem
 est corpus ad introitum ecclesiae, cantor incipit altâ voce
R. Credo quod &c. Interim collocatur crux ad caput, et
 unicum lumen. *R. cum ¶.* et repetitione finita cantatur
Kyrie eleison, Christe, Kyrie, et incipit sacerdos altâ vo-
 ce: *Pater noster,* et aspergit corpus et turificat crucem
 et corpus, et subdit: *Et ne nos &c. A porta. Nichil pro-*
ficiat. Ne intres. *Dominus vobiscum.* Oremus. *Oratio.*
 Suscipe Domine animam famuli tui, quam de ergastulo
 hujus saeculi vocare &c. Per Dominum.

Posito autem in ecclesiâ defuncto, repetitur psalmo-
 dia ubi fuerit intermissa; et hoc omnino procuratur, ut
 duo ad minus psalteria dicantur, unum in ecclesiâ, alterum
 in cellis cum veniis. Si verò de eo quod in ecclesia dicen-
 dum est, restiterit aliquid, redditur in cellis. Nam si tem-
 pus permittit, eadem die, non tamen nisi prius pro eo
 missâ cantatâ, sepelitur: sin autem, servatur in crastinum,

noctemque ipsam Monachi cum laicis et pro ipsius numero, et pro ipsius quantitate dividunt circa corpus, psalterium frequentantes (*a*). In crastino autem, missâ cunctis cantatâ praesentibus, sepe iit hoc modo. Stat chorus juxta corpus, et sacerdos indutus albâ cum stolâ, et manipulo à dextris contra medium feretri, et incipit alta voce: *Pater noster*. Et aspergit corpus, et turificat crucem, et corpus, et subdit: *Et ne nos.* — *A porta.* — *Dominus vobiscum.* Oremus. *Oratio.* Deus vitae dator, et humanorum corporum reparator, qui te à peccatoribus exorari voluisti, exaudi &c. Per Dominum. *R.* *Credo quod &c.* *Kyrie eleison.* *Pater noster.* Aspergit, et turificat. *Et ne nos.* — *Ne intres.* — *Dominus vobiscum.* Oremus. *Oratio.* Deus qui animarum amator es, animam famuli tui, quam cum in corpore maneret, vera tenuit fides &c. Per Dominum. *R.* *Ne abscondas &c.* *Kyrie eleison.* *Pater noster.* Aspergit, et turificat. *Et ne nos.* *Ne tradas.* Dominus vobiscum. Oremus. *Oratio.* Non intres in judicium cum servo tuo, Domine &c. *Kyrie eleison.* *Pater noster.* Aspergit et turificat. *Oratio.* Fac, quae sumus Domine, hanc cum servo tuo misericordiam &c. Tunc portatur ad tumulum cum psalmis infrascriptis. Et praecedunt qui portant aquam sanctam, ignem, crucem, quae in quadragésimâ cooperta fertur et portatur à novitio, turibulum à procuratore, cetera à laicis deferuntur; post hos sacerdos: sequuntur antiquiores, deinde qui portant corpus, e: post illos laici fratres, et donati (*b*). *Ps.* *In exitu.* *Miserere.*

(*a*) Capitulum tamen gene- nasteriis offerebant; vel, us- rale dispensavit ut sine missâ habent statuta ord. cartus. ann. possit sepeliri, si de ejus re- 1368. (part. III. cap. III. §. servatione periculum immine- 4.) qui ordini se et sua dede- ret.

(*b*) *Donati* dicti laici con- tinuè. Conversos omnes dona- versi, qui sese et bona sua mo- tos usitato vocabulo nuncupar-

DE DOCUMENTOS.

255

Confitemini. Quemadmodum. Memento. Domine probasti.
Inclina. Laudate Dominum de coelis. Benedictus Dominus Israel. Magnificat. Isti psalmi incoepiti in ecclesiis, continuantur alternatim per conventum semper submissâ voce eundo ad sepulturam; et in sepulturâ stantibus monachis unoquoque in choro suo, hinc inde versus sepulturam, modicum segregatis à sepultura, ne mutuo se perturbent. Cùm ventum est ad sepulchrum, qui crucem tenet stat ad caput sepulchri, et qui portat aquam et turibulum juxta sacerdotem, et submissâ voce incipit sacerdos. *Pater noster. Et ne nos. A porta. Dominus vobiscum. Oratio.* Tibi Domine commendamus animam famuli tui, ut defunctus saeculo tibi &c. Per Dominum. Tunc benedicit fossam sic: *Dominus vobiscum. Oremus.* Deus qui fundasti terram, formasti coelos, qui omnia sidera statuta fixisti, qui captum laqueo &c. Per eumdem....ejusdem. Post haec aspergit aquâ sanctâ fossam, turificat crucem et fossam. Deinde ponitur in eâ corpus, et sacerdos primus ponit terram, et dum operitur dicit sacerdos orationes istas, ceteris praedictos psalmos canentibus *Dominus vobiscum.* *Oratio.* Obsecramus misericordiam tuam, omnipotens aeternæ Deus, qui hominem ad imaginem tuam creare dignatus es: ut spiritum &c. Per Dominum. *Oratio.* Deus, apud quem mortuorum spiritus vivunt, et in quo electorum animae, deposito carnis onere, plena &c. Per eum qui venturus est judicare vivos et mortuos et saeculum per ignem. *Oratio.* Te, Domine sancte, Pater omnipotens, aeternæ Deus, supplices exoramus pro spiritu famuli tui, quem ab erroribus &c. Per eum qui venturus est &c. ut supra. *Oratio.* —Oremus, fratres charissimi, pro spiritu chari nostri, quem Dominus de laqueis &c. Qui fuisse; auctor est Trithebusdam monasteriis oblati, in mius (lib. I. epist. 75.) In qui alijs coadjutores audiunt.

vivit. *Oremus.* Deus, qui justis supplicationibus semper presto es, quia pia vota dignaris intueri &c. Per Dominum. *Oratio.* Debitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more complentes &c. Per Dominum. *Oratio.* Temeritatis quidem est, Domine, ut homo hominem, mortalis mortalem, cinis cinerem tibi Deo et Domino nostro audeat commendare; sed qui a terra suscipit terram, et pulvis convertitur in pulverem &c. Per Dominum, *Oratio.* Omnipotentis Dei misericordiam deprecamur, cuius iudicio, aut nascimur, aut finimus, ut spiritum fratris nostri quem Domini pietas &c. Per Dominum. *Oratio.* Inclina Domine aurem tuam ad preces nostras quibus &c. Per Dominum. Quibus pariter et psalmis expletis incipit sacerdos altâ voce *Pater noster.* Et aspergit tumulum, turificat crucem et tumulum: sequitur *Et ne nos. Dominus vobiscum.* Oremus iste: Tibi Domine commendamus: require ante benedictionem sepulchri. *Alii oratio.* Deus, cuius miseratione animae fidelium requiescunt; famulis et famulabus tuis omnibus, hic et ubique &c. Per eundem. Et quilibet habet suam conclusionem. Quibus finitis et re. ad quamlibet *Amen* tenente sacerdote aspersorio, et ciminterium aspergente, hoc ipso ordine quo venimus, redimus. Deinde à sepulchro redeunt cantantes: *Miserere mei Deus &c.* et etiam *De profundis*, si opus fuerit. Quo in ecclesiâ finito, dicat sacerdos stans ad lectorium in voce qua dictum est, *Miserere nobis inclinantibus ad.... Requiem aeternam. Pater noster in silentio. Et ne nos. A porta inferi. Dominus vobiscum. Oremus.* Et in ecclesiâ totum completur officium, et dicatur haec *Oratio Fidelium* Deus omnia conditor &c. Qui vivis. Requiescant in pace. Amen.

IV.

Copia de una carta original de Gerónimo de Zurita (a).

En el sobre.— Al muy reverendo y muy magnífico señor, mi señor, el padre D. Miguel de Vera, prior del monasterio de Portaceli de la cartuxa del reyno de Valencia.—

Muy reverendo y muy magnífico señor. Muchos días ha que yo hubiera enviado á V. P. la biblia trilingüe del Cardenal, que compré de la librería del obispo de Osma en seis tomos para ese convento, si se hubiera ofrecido persona cierta con quien embiarla. V. P. perdone la tardanza, y reciba este tan pequeño servicio de mi mano como de quien dessea emplearse en todas las cosas que tocaren á essa santa casa como muy devoto della, y mas obligado. Es obra que quanto mas tiempo passare tendrá siempre mas estimacion, aunque en Anvers se imprime otra, y dicen que con muchos cumplimientos; pero no será poco que tenga la autoridad que á esta se da por todos comunmente. Si por acá se ofreciere alguna cosa en que poder servir á V. P. ó á essa santa casa, será para mí merced muy grande que se me embie á mandar. Guarde nuestro Señor, y prospere á su santo servicio la muy reverenda y muy magnífica persona de V. P. De Madrid á V de Enero de 1571. A todos essos señores padres mios beso las manos. Besa las manos de V. P. su muy cierto servidor.—*Gerónimo Zurita.*

Las que van para el señor Frances Beneyto, en que van ciertas bulas, me importan mucho; suplico á V. P. se encomienden á persona que las dé en sus manos.

(a) Se conserva al principio del tomo primero de la Biblia complutense que regaló el mismo á los monges de la cartuja de Portaceli.

V.

Carta de los jurados de Valencia al emperador Carlos V sobre la llegada del doctor Juan Celaya á aquella ciudad.

S. C. C. R. M.

Un gran doctor de Paris, natural de questa vostra ciutat de Valencia, nomenat mestre Joan de Salaya es vengut ací a visitar sa mare, y sos parents, e segon som informats, va a vostra cesarea e real magestad demanat per aquella. E per que sera molt gran servei de vostra imatge, et benefici universal, no sols dels studiants de questa universitat, mes encara de les altres universitats, e studis generals de aquests seus regnes de Espanya, que sent tan famos doctor, lo qual continuament, desque es vengut, ha preicat en questa ciutat, y en ses predicacions ha fet grant fruit axi per la gran doctrina com per la bona vida de aquell; residis e tingues catedra doctoral en lo studi general de questa vostra ciutat: la qual ne seria molt honrada que fill natural de aquella la tingues. Desijam, e volriem ab totes nostres forces procurar, que lo dit mestre Salaya se volgues aturar y assentar en questa ciutat, jatsia la dita ciutat al present per les grans adversitats, e dans que ha sostengut a causa de les rebelions e comocions populars, no puga satisfer, ni donarli tan gran salari que corresponges al que en França cascun any li donen; que alla segons havem sabut, fan molt gran cas de ell: e per la gran fama e doctrina sua li han donat una dignitat, de la qual reb cascun any setcents ducats de salari; e ultra aço, es vicari general de deu Bisbats en les terres de França; de forma que cascun any de totes estes dignitats te pus de mill ducats de salari, et renda certa,

lo que es impossibile aquesta ciutat poderlo i donar per la raho de sus dita. Empero confiam, que per ser lo dit mestre Salaya, natural daquesta ciutat, si nosaltres per alguna via li podem procurar alguna dignitat ecclesiastica, e donarli per altra part algun razonable salari, elegira pus prest restar en aquesta ciutat, que es mare de aquell, que no tornarsen en França.

E per ço recordant nos que v. magestat te una canongia en la seu catedral daquesta ciutat, de la qual sa magestat no reb ninguns emoluments, sino quant es personalment en aquesta sua ciutat, y essent absent daquella, la dita canongia los temps vaga: y creent nosaltres que per esser lo dit mestre Salaya home de molt bona vida, tenint la dita canongia, sera content ab lo salari que nosaltres li constituhirem, residir y aturar en aquesta ciutat y estudi general daquella, y fer hi tal fruit que nostre Senyor Deu, y v. magestat ne seran servits, y aquesta vostra ciutat molt decorada, et honrrada: habem delli-berat scriure e suplicar a v. magestad, sia merce de aquella fer gracia de dita canongia al dit mestre Salaya de vida sua tan solament, e manarli, que residexca en aquesta vostra ciutat, permetent sa magestat en nenguna manera que un tan gran doctor, como es aquest, sen torne a França, sino que reste en aquesta ciutat e regne, peraque tota hora que dell se volrra servir, sia pus prompte pera tot lo que convinga al servey de nostre Senyor Deu, y de vostra cesarea magestat, y salvacio de les animes. Suplicant la divina magestat conserve e augmente la vida e imperial estat de v. magestat ab triunfo e victoria dels enemichs de la sua imperial e real corona. De la vostra ciutat de Valencia a XI. de Juliol MDXXV.—De V. C. C. R. M.—Humils subdits e feels vassalls, que besen les mans de v. magestat.—Los jurats de Valencia.

Traducción castellana de este documento.

S. R. C. C. R. M.

Ha venido á esta vuestra ciudad á visitar á su madre y sus deudos un gran doctor de París, natural de ella, llamado el maestro Juan de Salaya, el qual hemos entendido que va á vuestra corte llamado por V. C. R. M. Y por quanto se haría un gran servicio á V. M. y general beneficio á los estudiantes, no solo de esta universidad, si no de las otras y de todos los estudios generales de estos vuestros reynos de España, si este famoso doctor, que desde su llegada predica continuamente en esta ciudad con gran fruto por su mucha doctrina y su buena vida, residiese en ella, y tuviese cátedra doctoral en su estudio general; de lo qual por otra parte le resultaría mucha honra por ser hijo suyo: deseamos y quisiéramos procurar con todas nuestras fuerzas que el dicho maestro Salaya se resolviese á permanecer y avecindarse en esta ciudad, no obstante que desde luego la ciudad por los grandes contratiempos y daños que ha padecido, á causa de las rebeliones y alborotos del pueblo, no pueda consignarle una dotación anual correspondiente á la que tiene en Francia, donde sabemos se hace gran caso de su persona, y que por su gran crédito y doctrina le han dado una dignidad que le vale setecientos ducados; y ademas de esto es en aquella tierra vicario general de diez obispados, de suerte que Junta en todo mas de mil ducados de renta fixa, á que no puede llegar esta ciudad por lo que llevámos expuesto. Mas por ser dicho maestro Salaya hijo de esta ciudad, confiamos que si por algun medio pudiésemos procurarle alguna dignidad eclesiástica, y darle ademas alguna de-

DE DOCUMENTOS.

261

cente dotación, preferiría quedarse en esta su patria.

Por tanto, teniendo presente que V. M. tiene en la iglesia catedral de esta ciudad una canongía, de que no percibe emolumento ninguno sino quando se halla presente, y que durante su ausencia está siempre vacante: juzgando también que por ser el dicho maestro Salaya hombre de muy buena vida, obteniendo esta canongía, se determinará con el salario que le consignemos á residir y permanecer en esta ciudad y su estudio general, y hacer aquí tal fruto que ceda en servicio de Dios nuestro Señor y de V. M. y decoro de esta vuestra ciudad: hemos deliberado escribir á V. M. suplicándole tenga si bien agraciar con esta canongía al dicho maestro Salaya durante su vida solamente, y mandarle que resida en esta vuestra ciudad; disponiendo V. M. que un doctor tan insigne no se vuelva á Francia, sino que permanezca en esta ciudad y reyno; para que á todo tiempo que quiera servirse de él, esté mas á mano para quanto convenga al servicio de Dios nuestro Señor y de V. C. M. y á la salvacion de las almas. Suplicamos á Dios nuestro Señor conserve y aumente la vida é imperial estado de V. M. con triunfo y victoria de los enemigos de su real e imperial corona. De vuestra ciudad de Valencia á 11 de Julio de 1525.—D. V. C. C. R. M.—Humildes súbditos y fieles vasallos, que besan las manos de V. M.—Los jurados de Valencia.

VI.

*Acuerdo del cabildo de la colegial de Xàtiva en que
fue elegido patrono de la ciudad S. Félix mártir,
diácono de Gerona (a).*

„A 15 de Octubre 1643 ajustats y convocats &c. presehint convocacio feta per lo pertiquer foren presents los senyors Antoni Mener, Dega, Honorat Guitart, sacerdote coadjutor, Batiste Malferit, capiscol, J. Bru, canonje, Lorens Bru, Pere J. Belloch, Agusti Pellegero, Bernardo Ferre, Miguel Oltra, Sebastia Nicolini, Juseph Pelegero coadjutor, Diego Anguerot coadjutor, representant la mayor part dels residents, per part de la ciutat la festivitat que se ha de celebrar en honra del patro, aiustanse al motu propri de Urbano Octavo, nomenen en patro al beneyt S. Pheliu, diaça, celebrador en lo primer dia de Agost cascun any perpetuament, conforme se ha rebut en hacte per Juseph menor, notari en lo dia de a 16 de Octubre 1643; y per part del capitol se notificá ab embajada particular tornada, a la que la ciutat feu por lo senyor canonje Lorens Bru, a efecto de representaro en lo Consell general. E dixeren que si y acceptaren dita nominacio; y beurien de quin modo se podria cortejar dita festa y solemnisar la millor que fins al dia de huy; y de lo que exedirien de dita festa ne darien raho al reverent capitol; y lo demes que ya agut en este negoci mes llargament se veura continuat en lo libre de ordinations vell a cartes noranta sinch.”

(a) Hällase en la pág. 487 Iares, que empieza en 1594 y del libro de Acuerdos capitulares acaba en 1650.

En otro libro fol. que comienza por los acuerdos capitulares del año 1470, en la pág. 319 se halla esta misma noticia mas circunstanciada. Dice así:

Havent vist per lo discurs de son pontificat de Urbano VIII, anno 20 de son pontificat lo excess de la celebració de les festes colents que havia en moltes terres, y que de qui naxien passar necessitat le personnes menesteroses que havien de passar de son treball, y que les que eren colents no les guardaven conforme era menester, y de axo havia moltes clamors del ordinaris al sumo pontifice, que lo obliga a regular les festes a cert numero, y que aquelles fosen tant solament de guardar, com son les següents: los diumenges &c. &c. Y en dit bulleto dispon que cada reyne nemene patro, pera la ciutat metropoli un patro, y altre peral reyne que sien de guardar. Y la ciutat de Valencia a S. Vicent martir nomena patro de la ciutat y S. Vicent Ferrer del reyne. Y axi mateix en dit bulleto eo motu proprio ordena que cada ciutat eo vila puxa elegir un patro, que sia patro de dita ciutat, eo vila: Y habent vist esta present ciutat de Xativa la facultat pontificia concedida per dit motu proprio, procuraren nomenar patro desta ciutat. Y pera ditta nominacio feren una embaxada al capitol, venint en ella Gaspar Malferit, cavaller, jurat en cap en este present any de 1643 en 9 dies del mes de Octubre, acompanyat del racional Thomas Navarro, ciutada y de moltes altres perçones; y propossa que el capitol nomenas patro, que se ajustaria a la nominacio que el capitol faria. Y habent vist lo capitol la obligacio que la ciutat lo possava, pera poder millor asertar en la nominacio donaren un de los senyors capitulars a Lorens Bru, ca-

nonge, pera que regonegues lo archiu a effecte de veure la festivitat de S. Feliu, a qui volien nomenar en patro per estar en posessio de fer la festa en lo primer dia de Agost. Y habent fet diligencia (trobaren) en dit archiu ferse la festa de S. Feliu lo primer dia de Agost per temps de 200 anys, y ans que esta església fora collegial; porque se ha trobat en lo any 1410 que dita festa es celebrava, y que despues de ser collegial mossen Pere Uguet dexa una dobla de 20 sous, la qual fins lo dia de huy es celebra; y altres mes notices que se han sabut, les quals totes induixen celebrarse la festa el primer dia de Agost a S. Feliu, diaca de Girona, que axi eu excrigue en una missa canonical el canonge Garces, dien: *Yo Garces digui missa el primer dia de Agost a S. Feliu de Girona.* Ahon se lleva tota dificultat, porque havia en contrari la opinio de S. Feliu sacerdot, que es a 23 de Abril, de qui les histories diuuen que predica en Xativa. Y per estar esta festivitat de S. Feliu, diaca de Girona, en posessio per tant temps, obliga al capitol nomenar a dit S. Feliu de Girona; y axi ab acte rebut per Jusep Menor, nott. en 16 de Octubre dit any de 1643, en lo qual los senyors capitulars que fermaren dit acte explicaren lo acort que habien tingut en nomenar per patro a S. Feliu diaca en lo dia del primer de Agost, atento que per temps de 200 anys se havia celebrat en dit dia y en honra de dit S., y que havia gran devocio y concurs de gent y los antichs lo celebraven en dient: fem festa a S. Feliu de Girona S. general e doble ab enramada. Y axi se ha trobat continuat per los antichs canonges; y ans tambe quant era parrochial axi mateix se celebraba. Y vistes estes rahons ordenaren dits senyors capitulars se tornara resposta en embaxada a la dita ciutat en

lo acte axi mateix de la nominacio. La qual embaxada fong nomenat lo canonge Lorens Bru. Y vista dita resposta la ciutat y acte de nominacio, dixeren que acceptaven, y acceptaren dita nominacio, y que en 19 de dit mes de Octubre habien de tenir Consell general, y la representarien a dit Consell; y que procurarien dita nominacio fora acceptada de tot lo Consell; y que si lo Consell volia per maior solemnitat innovar algunes altres coses com de processo, ó altres coses, avisarien de dita novetat los senyors jurats que al present eren Gaspar Malferit, Cavaller, jurat en cap, Gaspar Juan Ruiz, ciutada, Gaspar Agullo, ciutada, y el doctor Agusti Garcia, doctor en cascun dret.

VII.

*Scriptura fundationis cuiusdam cappellaniae in ecclesiâ
Setabensi S. Felicis M. ann. 1275.*

EX COD. MS. D. EMMANUELIS JORDAN.

Hoc est translatum bene et fideliter sumptum VI cal. Decemb. anno Domini 1286 à quodam instrumento, cuius tenor talis est. — Sit omnibus notum, tam praesentibus, quam futuris, quod ego Guillelmus Sentiu, et uxor mea Jordana uterque nostrum in solidum, per nos, et nostros ad honorem Domini nostri J. C. et B. Mariae ejus matris, et ad salutem animarum nostrarum damus et offerimus beneficium personale vobis Raymundo de Monte albo, presbytero: ducentos solidos regalium Valentiae, de quibus dabimus vobis annuatim omni tempore vitae vestrae centum solidos in festo S. Andreac, et alios centum solidos in Resurrectione Domini. Vos verò, dum vobis vita comes, celebretis in ecclesiâ S. Fe-

Iicis Xativae, et intersitis omnibus horis diurnis, et nocturnis pro animabus nostris, et nostrorum fidelium defunctorum. Concedentes vobis quod nisi in pace quolibet anno in praedictis terminis nos solverimus, quod recipiatis dictos ducentos solidos annuatim à Sancio Urgelles, seu à suis haeredibus, qui nobis eos facit perpetuò censuales pro triginta fanecatis terrae, et vineae in ortâ Xativae, contiguis honori (a) Petri de Carcasonâ, et Petri Andreæ. Item por una jovata (b) vineae, quam habemus in Alcudia Xativae contigua vineae Joannis Martiniez de Heredia. Item....quibus domibus in Xativa VII botis (c) quae ibi sunt, quae domus afrontant cum aliis domibus nostris, et cum domibus Jordani, et cum duabus viis publicis. Et nos in diebus nostris paccabimus (d) omnes demandas, et actiones tam reales, quam vicinales quac in praedictis fuerint petitae. Praeterea gratis et ex certâ scientiâ volumus, constituimus, et ordinamus, et de praesenti tradimus in manibus archidiaconi, justitiae et juratorum Xativae, qui pro tempore fuerint, quod post dies nostros possint dare dictam cappellaniam alicui honestae personae, et facere repraesentationem episcopo Valentino. Et ex dictis CC. solidis, ille qui dictam cappellaniam serviet, solvat et donet omnia subsidia, tam regalia quam vicinalia: et haec subsidia tam regalia, quam vicinalia solvatis vos post dies nostros, dum vos dictam cappellaniam tenueritis. Praedictum verò posse archidiacono, justitiae, et juratis Xativae sub tali conditione, et retentione (con-

(a) *Honor* hic pro territoriis et districtu usurpatur. bibus utriusque regni incolis acceptae, à *الليل* (diurnus).

(b) *Jovata*, *jovada*, *jova* (jugerum, seu modus agri) majoricensibus et olim valentianis voces familiares, ab arimorico *bot*, (*ager*, seu *tractus terrae*) *pacare*, *pacare*, solnis vere.

cedimus), quod cum habeant in defectu haeredum nos-
trorum. Set si haeredes habuerimus, dictum dominium et
posse dictis nostris haeredibus retinemus. Concedentes
etiam vobis quod nisi in obitu nostro fuerit aliquis presby-
ter de sanguine nostro, qui dictam cappellaniam habere
velit, quod vos possitis dictam cappellaniam post obitum
vestrum assignare alicui nepoti vestro, qui dictam cappe-
llaniam habeat in vita suâ. Et ut haec donatio maiorem
optineat firmitatem, ego Jordana juro tactis Dei evangelii
me ipsam ratam et firmam perpetuò habere, et non con-
travenire ratione dotis, vel sponsalicii mei, vel aliquâ
aliâ ratione. Actum est hoc in Xativâ XVI kalendas Ju-
lli anno Domini millesimo CC.LXX quinto. Signum
Gulielmi Sentiu. Signum Jordanae ejus uxor, qui hoc
firmamus. Testes Ferrarius Dareys, vicarius Xativae, Bar-
quinonus de Robines, Berenguarius Ferrarii, praesbyter,
et Bernardus de Monte albo. Sig~~X~~num Petri de Fortea,
notarii publici Xativae, qui haec scripsit.

Signum Ferrarii de Cloquerio, justitiae Xativae, qui
huic translato dedit apotum per manum mei Petri de
Fortea, nott. Xativae; et hoc meum sig~~X~~num facio.

Sig~~X~~num Simonis de Buxo, notarii publici Xativae,
qui hoc translatum bene et fideliter translatavit, et cum
suo originali firmiter comprobavit, die, et anno praefixis,

VIII.

*Collatio cuiusdam beneficij eccl. Setabensis S. Felicis M.
à D. Raymundo Gaston, episcopo Valentino, ann.
1525.*

EX EOD. COD. D. EMMANUELIS JORDAN.

Raymundus, divinâ miseratione Valent: episcopus, di-
lecto in Christo Francisco Pich, praesbytero, salutem in

Domino. Praesentationem de personâ tuâ nobis praesentî die factam per Jacobum Blanch, vicinum Valentiae, ac procuratorem justitiae et juratorum villae Xativa, prout de procuratione ipsius constat per publicum instrumentum, confectum per Petrum de Coll de Sança, notarium publicum Xativa kalendas Septembris, anno infra inscripto, et per magistrum Arnaldum Johannis de Villanova, procuratorem reverendi patris ac domini domini Petri Penestrensis episcopi cardinalis ac archidiaconi Xativa in ecclesiâ Valentinâ: ad cappellaniam olim institutam in ecclesiâ S. Felicis Xativa per Gulelmum Sentiu, quondam vicinum ejusdem loci, nunc vacantem per mortem Francisci ça Perera cappellani ejusdem: ad quos justitiam, juratos, et archidiaconum jus patronatus ipsius cappellaniae noscitur pertinere; ducimus admittendam. Et tibi ipsam cappellaniam cum suis juribus universis conferimus et assignamus, ac te instituimus auctoritate praesentium in eadem, teque de ipsâ per nostrum birretum praesencialiter investimus. Mandantes universis et singulis emphiteoticis ac aliis personis tenantibus aliquid per dicta cappellania, nec non vicario perpetuo ecclesiae de Exativa quatenus te habeant, et admittant in cappellanum dictae cappellaniae, ac tibi respondeant de omnibus juribus ad ipsam pertinentibus integrè et completè, nullo à nobis super hoc mandato alio expectato: mandamus tibi jam dicto Francisco quatenus intersis in ecclesiâ majori Xativa omnibus horis diuinis, et nocturnis, et alias deservias ipsi cappellaniae in ecclesiâ S. Felicis praedictâ personaliter in diuinis. In cuius rei testimonium praesentem litteram tibi concedimus, sigilli nostri munimine roboratam. Data Valentiae quinto idus Septembris, anno Domini millesimo C.C.C. vicesimo tertio.

IX.

Alphonsi de Borgia (postea Calixt. III) epistola ad capitulum ecclesiae Setabensis, qua de suâ ad Valentium episcopatum promotione eos certiores facit.

EX AUTOGR. IN ARCH. ECCL. SETABENSIS.

Venerabilibus decano, et capitulo ecclesiae collegiatae civitatis Xalivae:

Venerabiles viri: Christus Jesus benedictus, intercessione sacratissimae matris suae compatiens ipsi ecclesiae diu viduatae, die gloriosae Assumptionis reginae coelum dictarum (f. divinarum) missarum solempnia agerentur, per certum nuncium denunciari voluit per nostrum catholicum principem dominum regem reverendissimo domino Leguato intentum suum ut michi de ecclesiâ Valent. provideret: qui eadem horâ fuit valde contentus, et praecedenti solitâ informatione, eri prius assumpto ordine præsbyteratus, michi providit de ipsâ ecclesiâ, et me, licet inmeritum, pronuntiavit ejusdem ecclesiae præsulem, et pastorem. Hodie in ejus præsentia est michi collatum munus consecrationis. Placeat altissimo; et ejus beatissimae Genitrici, ut taliter ecclesia prædicta gubernetur, quod in die judicii de talento michi comisso, prout spero, debitam valeam reddere rationem. Laudarem ut inde fierent devotae processiones, ut meritis intemeratae virginis gloriosae, quae in suâ principali solempnitate, quae caput est ipsius ecclesiae, et ejus octavis, dieque Beati Bernardi ejusdem devoti concibratoris (f. concionatoris) à Salvatore nostro optimuit provideri tantae ecclesiae de pastore, ab ipsâ civitate et diocesi removere dign-

netur pestem mortiferam, et concedat pacem ad ejus laudem, et honorem christianissimi principis nostri: habentes bonam in Domino confidentiam quod exaudiet preces nostras. Michique scribatis in omnibus, quae videritis opportuna ipsi ecclesiae, in qua pabulum sancti baptismi assumpsi. Scriptae Paniscolae XXI Augusti. Vos Domine officialis infra oficialatum haec denunciate. Ad voluntatem vestram promptus A. episcopus Valent.

X.

Eiusdem Alphonsi de Borgiâ, cardinalis, alia epistola ad capitulum eccl. Setabensis, qua post brevem calamitatum sui temporis descriptionem, nepotem suum Rodericum de Borgiâ in ejusdem ecclesiac praecentoren electum indicat.

EX AUTOGR. IN ARCH. EJUSD. ECCL.

Venerabilibus viris decano et capitulo nostraræ collegiatæ ecclesiae Xativæ, amicis nostris charissimis, A. cardenalis Valentinus.

Venerabiles viri, amici charissimi: factâ concordiâ cum regiâ majestate super nostris tribulationibus per viam subsidii generalis, magis est divinum, quam humanum nos vivere; et si homines taceant, lapides sentiunt martyria nostra pro ipsâ diocesi et aliis ecclesiis. Mittimusque omnium revocatoriam regiam, et etiam bullas, et processus apostolicos, ex quibus videbitis nepotem nostrum Rodericum de Borgiâ, sacristam, provisum fore de canonicatu et praecentoriâ ipsius ecclesiae collegiatae; ut duos nepotes, immo filios, matrix ipsa ecclesia, ubi pabulum baptismatis suscepimus, etiam post obitum nos-

rum teneat, Christo dante; et nos, et ipsi, opportunitate captatâ, ecclesiam ipsam extollemus. Et si malignitas temporum, quae vix necessaria nobis, et aliis dimittit, non impedivisset, desiderium fervens est. In admissione dicti nepotis nostri, et aliis operemini ut de vobis firmiter confidimus. Gaudemus quod per vicarium nostrum magistrum Bou avisati sumus de cultu divino et reformatione morum, silentio, et honestate, eliminatis peccatis publicis, ac concubinatu et de...bonâ voluntate ac prudentiâ nostri officialis. Placeat continuare de bono in meius. Unum non obnittimus quod per litteras dicti vicarii nostri sentimus, quod et si cappellam ereximus sumptuosam saepe....et credentes complacere vobis dicentibus carere domo pro capitulo; et hac de causâ plus debito expendimus; quod jam tenetis domum pro capitulo convenientiorem; et si sic fiat voluntas vestra, quam scire desideramus super hoc. Nam pro nobis facit quod dicta cappella sit libera à ténendo ibi capitulo. Sepe contingit verificari illud: *Displacet imprudens quando placere putat;* ut latius praefatus vicarius noster enarrabit cetera. Et conservet vos Deus feliciter. Romae vicesimâ Januarii. Et recomissum nos facimus devotis orationibus vestris, et totius cleri; nam bené tenentur orare pro nobis.

XI.

Breve Calixti III ad capitulo ecclesiae Setabensis in commendationem Ausiasii Ferran, familiaris sui.

EX AUTOGR. IN ARCH. ECCL. SETAB. (Lit. A. n. 22.)

Dilectis filiis capitulo ecclesiae Xativae.

Calixtus papa III.—Dilecti filii, salutem et apostolicam benedictionem: providimus nuper dilecto filio Ausasio

Ferran, clero Valentino, familiari nostro, continuo commensali, et secundum carnem de parentelâ nostrâ, de quodam simplici beneficio ecclesiae vestrae, quod vacare voluimus propter assecutionem rectoriae Sancti Matthaei Dertusensis diocesis, quam contulimus dilecto filio Ausiasio Puig, prout in nostris litteris provisionis hujusmodi latius continetur. Quare devotiones vestras hortamur, eisque in virtute sanctae obedientiae praecipiendo mandamus, ut dicto Ausiasio Ferran, qui propter ejus virtutes et grata servitia, quae nobis impendit, carus et acceptus est, vel suo procuratori possessionem pacificam dicti beneficij juxta formam et tenorem aliarum litterarum tradere, et assignare velitis, ipsumque in omnibus commendatum habeatis, prout in vestris devotionibus confidimus et speramus. Dat. Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris, die XIII Julii M.CCCC.LVIII. pontificatus nostri anno quarto.

XII.

Petri Ransani, panormitani theologi, ordinis praedicatorum, ac dein episcopi Lucerini, opuscula duo de vita et gestis S. Vincentii Ferrerii Conf.

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITA EX COD. MS. INIT. SAEC.
XVI, QUEM PENES NOS HABEMUS.

MONITUM.

Hominis Itali scriptis locum in hac nostrâ rerum Hispanicarum collectione dare constituimus, quod de Hispano, coque sanctissimo concionatore sermo in iis sit, cuius ille aetatem et postrema fata attigit, tum et solemnis ipsius apotheosi testis oculatus interfuit, ac Calixtum III

Hispahum Setabensem, de suâ ad Petri sedem evectione juxta D. Vincentii prophetiam fidem praebentem, audivit. Porrò Ransani vitam et scripta Quetif et Echard in Bibl. script. ord. praed., et rerum sicularum commentatores illustrarunt, qua in re nonnulla et nos in notis dabimus. Modo de his opusculis pauca praeferimur.

B. Vincentii eximiós labores, et iis partam gloriam quatuor libris Ransanum descriptsse, ipsem in epistolâ mox exhibendâ testatur, idque hortatore Martiale Aribellio, O. P. magistro generali, ac jussu Galixti III P. M. librum V huic operi addere cogitabat, quo de canonizatione ejusdem Divi ageret; quemadmodum ex lib. III. n. 6. Henschenius et Papebrochius admonuerunt (*Act. SS. ad diem V. April.*). An vero illum scripserit, hucusque incomptum. Illud constat, anno 1463 quo praesentem dedit epistolam, commentarium de vitâ S. Vincentii libris tantum quatuor contineri, ut ex ejus contextu liquet. Hoc autem opus edidit Laurentius Surius emendatâ lectione, nonnullisque truncatis locis; ex quo Antonius Senensis, Bzovius, et alii vel descripserunt, vel contraixerunt. Henschenius verò et Papebrochius eundem Ransani commentarium dederunt absque Surii emendationibus, servato, ut aequum erat, primigenio stylo, ex cod. Ultrajectino membranaceo, non integrum quidem, cum quartus liber eorum judicio prolixior esse debuerit, quintus vero solo initio constaret. Alium hujus operis codicem se conspexisse testantur in bibliothecâ praeclari Ebracensis monasterii inter Herbipolim et Bambergam. Sed cum post annos duodecim epistolam illuc direxerint, si forte in eo codice licet invenire quae in Ultrajectino desiderabantur; quacumque adhibita operâ illum reperire non licuit. *Eo tantum serviet, inquiunt, haec monuisse, ut si ipse vel alius similis alibi inveniatur, cum hic edendis*

conferre velit aliquis, et quod amplius reperiet nobis describere, in operis totius supplemento proferendum.

Dum igitur thesaurus iste effoditur ab eruditis investigatoribus, dabimus nos ex nostro codice sequens Ransani opusculum, quod cum epistola ad Joannem Pistoriensem missit, sensu fortasse unum cum eo, quem diximus, commentario, revera tamen ab eo diversum; cùm excerpta tantummodo contineat ex lib. XX annalium à se conscriptorum; nusquam certè ante hac editum.

Missit et cum illo carmen heroycum in laudem S. Vincentii, centum viginti tribus versibus constans, quod urgente eodem Joanne Pistoriensi cecinerat; cuius quatuor priores versus tantum in actis SS. (*ibid.*) legere licuerat. Modo integrum ex eodem codice proferimus. In ipso alia praeterea ejusdem Ransani opuscula legimus, videlicet, *de vita et martyrio S. Barbarae* scriptum anno 1468.—*Martyrium B. Antonii Lombardi*, seu de Neyrot, O. P. à Tunnissiensibus ob Christi fidem lapidibus obruti, quem ipse auctor novit, sibique aliquando subditum fatetur. Opus praecedit carmen in laudem Pii II Pont. Max.—*Carmen saphicum ad crucem Jesu Christi*. Verum haec tamquam ad Hispanos nihil pertinentia, ne alienâ messe ditescere videamur, missa facimus.

Petri Ransani, panhormitani, ordinis praedicatorum, epistola, quae est veluti praefatio quaedam ad ea, quae scripta sunt ab ipso de vita B. Vincentii confessoris.

Joanni Pistoriensi, viro clarissimo ordinis praedicatorum (a), Petrus Ransanus, panhormitanus, theologus ejusdem ordinis, S. P. D.

(a) De Joanne Pistoriensi, cionatore, videsis Bibl. script. egregio per totam Italiam con- ord. praedic. (Tom. I. p. 879.).

Perlegi tuas litteras, vir optime, quibus petis ad te quam primum fieri poterit transmitti opus, quo nuper B. Vincentii, Valentini, Christi confessoris eximii, vitam prescripsi. Cum enim sis ei praecipua devotione dicatus, velle te dicis vulgare cunctis Italiae populis, apud quos es posthac concionaturus, ejus egregias laudes, quibus jure sibi commeruit, ut nostro tempore inter sanctos referretur. Vulgasse quidem te ait jam aliquam ex parte multa ad viri sanctitatem pertinentia, sed fluctuante animo, jejunaque oratione, cum nihil adhuc legeris ex ipsius gestis (a), quibus quae praedicasti, confirmare abunde potuisses. Quo circa numquam animo te dicis posse conquiescere, donec absque ullâ dubitatione quidnam tibi sit de miris ejus dictis ac factis praedicandum sciveris. Ego, mi Joannes, preterquam quod laudo pietatem, quam te patri, atque patrono tam sancto obstrinxisti, probo etiam omni commendatione dignum istud consilium tuum.

Ferdinando praeterea primo nandi. Et ipse praefatus rex Neapolitanorum regi, ejusque uxori Isabellae, Tristani comitis di Chiaromonte filiae, acceptissimum fuisse scimus; à quibus et dono accepit breviarium ordinis praedicatorum, quo illi scilicet principes utebantur; quod modò bibliotheca regia Matritensis servat. Codicem vidimus membranaceum, eleganti caractere exaratum, litterisque majusculis auro ac minio fulgidis; cuius ad calcem haec notula propria ipsius Pistoriensis manu appicta est: „Hoc breviarium fuit illustris simae dominae Isabellae uxoris Serenissimi Regis Ferdi-

, „F. donavit michi, dum praedicarem Neapoli 1467. Ita que modo est mei usus fratribus Johannis de Pistorio. Post mortem meam erit mei ventus S. Dominici de Pistorio, nisi praeciali aliter de meis ipsis libris et rebus disponant. In hujus rei fidem hoc propriâ manu scripsi.”

(a) Nullum ante Petrum Ransanum S. Vincentii gesta litteris mandasse, ipsem et satis innuit in prologo vitae quam edidere Henschenius et Papenbrochius (*Act. SS. ad diem V April.*).

Quippe nihil docendum debes tibi proponere, cujus redere non possis probabilem aliquam rationem. Quod probe semper feceris, quotiens docueris, non ea quae vulgus plerumque jactare solet inaniter, sed quae probato aliquo auctore traduntur. Scimus planè omnium populorum Italiæ oculos in te conjectos propter claritudinem, quam tibi nostrâ tempestate concionando comparasti. Ideoque fit, ut ex innumerâ auditorum multitudine sit nemo, qui non expectet haurire semper à te doctrinam, cui nullus audeat recte refragari. Verum opus, quod petis nunc tibi transmitti, probatum jam à nostri ordinis patribus, qui anno ab hinc octavo conventum egerunt in Monte Pesulano (a), majore, quo transcribatur, eget tum impensatum labore, quam arbitreris. Divisum namque in quatuor prolixâ volumina est. Differam igitur illud mittere, quo usque librarium quempiam nactus idoneum fuero, à quo transcribatur. Quo tamen interim aliquid tuae petitionis assequaris, transcripsi ego celeriter intra bidui spatium ex annalium meorum libro vicesimo (b) ea, quae pers-

(a) Videlicet die XVI Maii, ann. 1456.

(b) *Annales omnium temporum* à se conscriptos auctor indigitat, quibus scilicet ab origine mundi ad ann. 1448 omnium nationum historias complexus est. Cùm autem ejus operis liber hic XX laudetur, vides quam præpostere Caveus in *Hist. litter.*, et Olearius in *Bibl. script. eccles.* Annales P. Ransani sex tantum libris constare afürment. Sed nec Thomae Fazello acquiescere possumus cùm in *Hist. Sicil. Dec. I. lib. VIII.* horum annalium quin-

quaginta libros agnoscit; multoque minus Mongitorio, qui eos ad sexaginta et unum producit; quamquam hic Panormi in *bibl. S. Dominici* opus se evolvisse affirmet, octospisis voluminibus compaginatum. Nam si verè annales, ut idem Mongitorius ait, annum 1448 non excedunt, cum Ransanus temporum ordine non interrumpito agat in lib. XX de S. Vincentii vita et morte, quae anno 1419 contigit; quis capiat pro enarrandis ab hac aetate ad 1448 reliquis historiis, quadraginta et uno superstitibus libris

trinxi de ipsius vitâ, deque iis quae gesta sunt post ejus mortem usque ad tempus quo per Callixtum tertium pontificem maximum inter sanctos relatus est. Quae itaque ad verbum, ex eo quod dixi exemplari, transcripta à me sunt, deferet tibi Antonius Ransanus frater meus, qui Panhormo hodie excedit, quod Mesanam negotii cuiusdam sui gratiâ proficiscatur; eum tibi commendo, si quo even- tu tuâ eguerit operâ. Tu interim perlege singula eo ordi- ne quo à me scripta inveneris. Namque non solum adipisceris non mediocrem notitiam eorum quae cupis, sed notum quoque tibi fiet quibus de causis hoc potius, quam patrum nostrorum tempore, fuerit inter Sanctos Vincen- tius relatus, cum tamen id illi miro quodam ardore affec- taverint. Vale Panhormi kalendis sextilibus 1463.

Ad verbum transcripta haec sunt ex exemplari supra nominati operis. Et ex eisdem habetur magna notitia vitae Beati Vincentii.

Nicolao quinto pontifice maximo defuncto, Calix-
tus tertius romanae ecclesiae praeficitur omnium pa-
trum consensu; tertio idus Aprilis Romae electus est,
cum aetate penè confectus esset. Alphonsus ante adeptam
dignitatem vocabatur. Natione fuit Valentinus (1), natus
non ignobili Borgiorum familiâ. Vir erat magno ingenio,
jurisque pontificii scientiâ praestantissimus. Ad ejus doctri-

indiguisse, qui universas om-
nium nationum et aetatum his-
torias ab origine mundi ad S.
Vincentii tempora viginti li-
bris complexus est?

(a) Lucem primam vidi in
oppidulo ignobili prope Seta-
bim, quae urbs est regni Va-

lentini in Hispaniâ, antiquitate
pollens conspicuâ; cuius et in
ecclesia majori S. Mariae sacro
baptismate tinctus est, quemad-
modum ipse saepius testatur et
in bullis et in epistolis ad eam
ecclesiam superius in hoc vo-
lumine prolatis.

nam vitae accessit integritas. Quarum rerum causā Alphonsus rex, de quo supra persaepe meminimus, in arduis quibusdam negotiis ejus operā plurimum usus est. Cūmque cognosceret tantus princeps spectatam fuisse illius fidem, et probitatem, id egit cum romano pontifice, ut Valentinae ecclesiae praeficeretur (*a*). Nec eo honore contentus, egit item ut ad cardinalatus dignitatem evehernetur (*b*). Is multis ante annis, quām summum adipisceretur pontificatum, complures, quibus familiariter utebatur, sepae jussit bono animo esse: sperare quippe se dicebat fore aliquando, ut ipse romanae processet ecclesiae. Multis itaque id expectantibus, duobusque, aut tribus pontificibus mortuis, aliter evenire atque ipse praedicebat animadvententibus, ridiculum eum, delirumque senem, ridiculas et ejus futurae rei praedictiones esse affirmabant. Ceterum postea quam, Nicolao quinto mortuo, eum viderunt ad maximi pontificis dignitatem evecatum, rei eventu maximē stupentes, ex eo quaesiere, quoniam afflatus numine futurae hujus rei eventum tanto an-

(*a*) Urgente Alfonso V Aragonum rege, Alphonsus de Borgiā episcopus Valentinus eligitur die 15 Augusti, ac die postmodum 21 ejusdem mensis Paniscolae consecratur. Haurimus haec ex autographā ipsius ad capitulum ecclesiae Setabensis epistolā, quam superius edidimus. Quum autem illa annum, quo data est subticeat, relinquitur adhuc sub iudice annus hujus creationis. In *Act. SS.* t. I. *April.* pag. 485. indicatur annus 1427. Platina vero et Ciaconius id factum ajunt postquam Alphonsi nostri ope-

rā Egidius Munnozius Benedicti XIII (Lunae) in schismate successor, pontificatu se abdicavit (quod in concilio Dertusensi ann. 1429 contigisse, ex litteris convocatoriis constat), tuncque ajunt à legato cardinali de Fuxo Egidium majoricensi ecclesiae praelatum, et Alphonsum Valentinae. Hujus postremae ecclesiae Episcopologia MSS. annum 1429 Alphonsi nostri consecrationi designant.

(*b*) Creatus est cardinalis praesbyter titulo *SS.* Quatuor Coronatorum ab Eugenio IV die XII Julii anno 1444.

te tempore, tamque constanti, ac totiens repetitâ voce praedixerit. Eis ipse in hunc modum respondisse fertur: memoriae mihi est olim mihi adolescentulo fuisse dictum à viro illo doctrinâ ac pietate, et vitae sanctitate maximè insigni, famaeque claritudine olim toto orbe celeberrimo, Vincentio Ferrerio, ordinis praedicatorum, fore aliquando ut mortalium omnium ego eminentissimus essem, utque ipsum jam vitâ functum essem super mortales omnes laude atque honore, et veneratione prosecuturus. Haec ego tanti viri dicta, quod praeter doctrinam, et virtutem, integritatem, atque sanctitatem, futurarum etiam multarum rerum praescius vates erat, ita memoriae condita tenui, ut ejus rei nulla unquam cesserit oblivio. Cùm igitur nunc, quod ille futurum praedixerat, factum jam in me, Dei munere, videam; nihil reliqui est, nisi ut in ipso ego impleam, quod à me pontifice maximo in se implendum vaticinatus est (*a*). Est ergo mea sententia, ut tantus vir inter Christi Sanctos à me, quam primum fieri poterit, referatur. Haec pontifex cùm dixisset, accersito ad se quam primum Martiale Auribellio, theologo praestantissimo, ordinis praedicatorum magistro, una cum Petri Britaniae ducis legatis, qui per id temporis Romae erant, ob id ipsum paucis ante mensibus missi, eis quae sua esset sententia apperuit; fore enim ut ante Julium mensem, perfectâ re, cuius gratiâ Romam por tot discrimina rerum advenerant; voti compotes in Britaniam reverterentur: ejusmodi quidem B. Vincentii inter Christi Sanctos relationem

(*a*) Hujus S. Vincentii vaticinii in Calixti III ad sedem Petri promotione adimpti, quotquot de vitis pontificum scripsere meminerunt. Magno tamen in ejus rei confirmatio- ne in argumento est praesens

Ransani testimonium, qui eà aetate Romae versabatur, et Martiali Auribellio Mag. Gener. O. P., cui postea pontifex rem eandem apperuit, valde familiaris erat.

non aut Nicolao, aut caeteris romanis pontificibus, sed si-
bi fuisse Dei providentissimo consilio servatam. Haec atque
alia ubi in eam rem dixit pontifex, jussit eis tandem, ut ad-
hibitè darent operam, quo ea quae erant rei solemnitati ne-
cessaria compararentur. Martialis, ac legati, obortis præ
gaudii magnitudine lachrymis, novello pontifici gratias
egerunt. Inde mox abeuntes curavere, ut quod ille jusse-
rat, haud cunctanter efficerent. Ipse pontifex paucis post
diebus frequenti senatu decrevit, ut ad tertium kalendas
quintilis ea solemnitas celebraretur.

Postulare locus hic videtur, ut de hujuscemodi B.
Vincentii inter Christi sanctos relatione (quam vulgo ca-
nonizationem appellant) aliquid memoretur. De qua com-
modius dixero, si prius de integrâ vitâ, deque piâ ejus mor-
te, quaedam relatu digna demonstravero. Ea delegi ego
ex tam multis illis, quae accuratè perscripsi in opere illo
quatuor libris distincto, quod hoc anno, et Martialis Au-
ribelli hortatu, et Calixti pontificis jussu de illius vitâ
composui (*a*).

Fuit is Valentiae, quae urbs in ulteriore Hispania est,
ex Ferrerorum familiâ honestis parentibus natus. Qui
quantus, qualisque esset futurus, hoc potissimum indicia
monstratum est. Cùm ejus mater esset gravis, utoresque
illius intumescere cepisset, ter eodem mense, interjectis
tamen diebus, emitti utoro suo veluti latrantis canis voces
audivit. Insuetae illa rei novitate deterritâ; ad Valentiae
ecclesiae Antistitem se conferens, ex eo quaesivit quid-
nam sibi latratus ejusmodi vellet. Respondit ille nil aliud
id significare, nisi quod paritura esse filium, qui suâ aeta-

(*a*) Ex hoc loco satis cons-
at anno 1463 quo Ransonius
haec scribebat, nondum quin-
tum librum prioribus quatuor
de vitâ S. Vincentii addidisse.
quem tamen libro III. num. 6.
promisserat (V. monitum his
opusculis praesixum).

DE DOCUMENTOS.

281

te esset futurus divini verbi praedicator, non solum multarum rerum scientiâ eminentissimus, sed vitæ quoque integritate, mirâque sanctitate clarissimus. Natus deindè infans, ac Vincentius divino quodam praesagio vocatus, ubi attigit aetatem, quâ ad litteras, atque ad mores idoneus est visus, incredibile dictu est, quam brevi clarus evaserit; et liberalium artium, divinarumque rerum peritiâ, et emendatorum morum mirâ elegantiâ. Praeter cetera autem illud quam diligentissimè observabat, quod nullam admittebat improborum hominum consuetudinem. Eos verò, quos animadvertebat virtute praeditos, veluti vita suæ magistros imitabatur. Coelesti deinde rore perfusus, duodevigessimum agens annum, elegit, ac cepit vivere, sub regulâ, atque institutis ordinis praedicatorum, non planè sine maximo gaudio, summâque laetitia omnium patrum, qui erant illius ordinis, eâ de causâ, quod nomen tanti juvenis erat apud valentinos cives celeberrimum. Quippe arbitrati, quod erat, sunt, ipsum ordinem virtute, et probitate tam insignis juvenis non mediocriter exornandum. Postea quâm ejus ordinis habitu est indutus, legere in primis studuit B. Dominici gesta, eo consilio, ut illa potissimum intelligeret, in quibus esset suum ducem imitaturus. Illius igitur exemplo inter cetera dedit operam lectioni scripturarum divinarum, theologicaeque facultati, ut his munitus armis posset opportuno tempore evangelium Christi per orbem longè, latèque diffundere. Profectus postea Ilerdam, in qua urbe per illud tempus florabant publica liberalium disciplinarum, et in primis theologiac, studia; adeo intra paucos annos doctus evassit, ut agens octavum et vigessimum annum philosophorum, atque theologorum omnium praestantissimus haberetur. Eamque ob rem theologorum, qui Ilerdae agebant, universitas uno omnium miro consensu eorum collegio ipsum

28.2

APENDICE

adscivit, traditis ei insignibus, quibus donari nostrorum temporum theologi solent. Commoti mox Valentini cùm doctrinae, quâ pollebant, tûm verò maximè virtutum, quibus erat eximiè praeditus, celeberrimâ famâ, eum Valentiam acciverunt, publicoque affecerunt salario, quo in Valentinâ ecclesiâ philosophiam, et theologiam publicè legeret (*a*). Quod cùm factum esset, multi undique Valentiam se contulere, ut à tanto doctore instuerentur. Per id temporis venit Valentiam Benedictus Luna, qui in Hispaniis, atque in Galliis pro pontifice maximo habebatur (*b*). Unus enim erat è tribus illis pontificibus, quos christiana ecclesia in tres divisa factiones sibi praefeccerat, uti supra demonstratum est. Is, supra quam cuiquam credibile est, Vincentii virtutibus illectus, voluit ut esset et suarum confessionum auditor, et palatii magister. Est enim id munus, quod romani pontifices iis, qui, ordinis sunt praedicatorum demandare solent. Adegitque eum in id, ut duos annos suam curiam fuerit secutus. Per quod tempus cum pontifex eum nonnullarum ecclesiarum, valentinae praesertim, episcopatus, cardinalatus quoque dignitate donare decerneret, nichil tale voluit unquam admittere. Fecit id, non solum quod se episcopatu, atque cardinalatu indignum existimabat; verum etiam quòd longè majora, longèque utiliora jam pridem sese facturum instituerat. Quae ut maturaret, Christus ei tandem per-

(*a*) Theologiae tantum docendae S. Vincentium Valentianâ in ecclesiâ insudasse, Ransonius ipse scribit, et rectè (lib. I. cap. 2. vitae S. Vincent.). In eâ quippe ecclesiâ theologiae, non philosophiae, cathedralm erexerat Raymundus de Gaston Valentinus episcopus

die 30 Martii anni 1345, quam scilicet Divus ille rexit ab anno 1385 ad 1390.

(*b*) Seu potius postea habitus fuit ab anno scilicet 1394. Quando autem Valentiam venit, cardinalis legati munere fungebatur.

DE DOCUMENTOS.

283

suasit. Cum enim in urbe Avinione incidisset in adversam valetudinem, quā vehementissimā vi febris vexatus est, tertio ab eā valitudine die visus est ei Christus, qui ei alloquens, post multa ultro citroque dicta ei jussit, ut nihilo plus in pontificis curiā moraretur, sed inde abiens diversas orbis provincias peragraret, praedicaretque populis, quae Petrus, quae Paulus, quae ceteri apostoli, atque alii christiani theologi, sanctique viri olim praedicaverant. Praeter cetera tamen nuntiaret futuri illius judicij diem, quod expectandum proponit christiana religio, esse nostris temporibus admodum propinquum. Haec atque a iis, quibus eum mirum in modum incendit, atque consolatus est, postea quam dixit Dominus Jesus Christus discessit. Vincentius quam primū è stratis se perinde corripuit, ac si nullo unquam morbo fuisse affectus. Futurae mox se peregrinationi, atque labori accingens, pontificem adiit cumque ordine, quae Christus juserat edocuit, ac simul petiit ab eo veniam, quo demandatum sibi à Christo legationis munus exequeretur. Quā impetratā, se itineri commisit. Atque ita praedicare, nuntiareque nationibus quaecumque eum Christus docuerat, quaeve Spiritus Sanctus ei dictabat, atque subgerebat, coepit. Nulla in Hispaniis, nullaque in Galliis regio pene fuit, ad quam non se docendorum hominum gratiā contulerit. Venit et in Galliam Cisalpinam, petivitque Genuam, eo consilio ut totam lustraret Italiam. Quod fecisset profectō, nisi nuntius cum litteris à Joanne Hispaniae rege (a) missus ipsum ob causam maximē necessariam in Hispaniam revocasset.

Post adeptum ibi ob multorum populorum salutem

(a) Joanne scilicet Castellae, Legionisque rege hujus vitae S. Vincent. à Ransano descriptae) qui anno 1407 regnominis II (non I. ut in act. ni habendas suscepit.
SS. in not. ad cap. 2. lib. 11.

maximum fructum, decrevit et ad insulas quoque proficiisci. Navigavit igitur Majoricam, atque Minoricam, quas Insulas Baleares veteres appellabant. Affirmant nonnulli eum et in Sardiniam trajecisse. Mahoma (*a*) item Granatae rex, licet seracenus esset, acceptâ famâ tam eximiae sanctitatis ejus, missis legatis cum praecatus est uti non gravaretur ad regnum ejus proficiisci: percupere quidem sese christianam doctrinam audire ipsum praedicantem, quamvis Mahometteâ lege id fieri prohibeatur. Cùmque Vincentius habitâ fide publicâ Granatam fuisse ingressus, cepissetque de christiana pietatis mysteriis, deque Christi cultu, ac denique de Mahometteâ impietate multa docere, quae multorum animos ad Christi cultum suscipiendum incredibiliter incenderant; nonnulli id permolestè tulere, regique comminati sunt regni ammissionem subsecuturam, nisi christianus praedicator Granatâ totâ excederet. Itaque ad docendos christianos Vincentius mutato consilio rediit.

In hujuscemodi autem, tum peragrandi orbem, tum praedicandi exercitiis, in quibus quadraginta annos consumpsit vitae suae, hic modo fuit. Nocturnae quieti quinque solum horas tribuebat: reliquam noctis partem aut pīs precibus, aut divinarum scripturarum lectione occupabat. Quotidie, postea quam rem peragebat divinam, populis ubicumque eum esse contingeret, praedicabat. Vini saporem, quotiens bibebat, multae aquae mixtione adeo corrumpebat, ut non vinum, sed aquam potius bibere videretur. Carnibus perquam raro, piscibus frequentius vesci solebat; quos tamen non multo studio, sed prout religiosi viri statum decebat, parari sibi solebat. Duos et quadraginta annos quotidie, praeter dominicos dies, prout moris est christianorum, jejunia ser-

(*a*) Nempe Abenbalva Mahoma, filius Joseph regis, mortuus ann. 1408.

vavit. Veneris tamen quoque die eum sui jejunii ordinem ab adolescentia sine ullâ intermissione servavit, ut panem solum cum aquae potu comederet. Numquam nisi tunica indutus, et supra aut sarmentorum, aut feni, aut hujuscemodi aliarum rerum stramine, aut etiam vili sacco modicè lanae pleno dormivit. Si quando verò apud viros nobili loco natos diversaretur, splendidèque ei stratum pararetur, plerumque humili potius, quam in lecto ipso quiescebat. Veneris praeterea quoque die quibusdam fasciculis ad hoc ipsum per artem dispositis corpus proprium caedebat. Quotiens missam celebrabat, ante corporis sanguinisque dominici sumptionem quam uberrimè lachrymabatur. Tantæ mansuetudinis fuit, ut nemo cum unquam, nisi adversus vitia, iratum viderit. Erat in vitiorum reprehensione terribilis, in suscipiendis ad se venientibus humanus, et humilis, in exhortandis ad bene vivendum peccatoribus alacer, in corripendis severus. In tolerandis laboribus erat in eo magna, et pene supra humanas vires patientia. Tanta ejus fuit apud principes omnes auctoritas, ut propter res arduas, et interdum propter regna illis disceptantibus, nihil plus sit factum, quam quod ipse judicaverit. Fructus doctrinae suae tantus fuit, ut ex christianis hominibus, qui obstinati, atque perditæ in omni sceleris genere erant, supra centum millia ad publicam poenitentiam, atque ad bene vivendum converterit.

Adversus judaeorum obstinatam pertinaciam acutus, copiosus, atque acerrimus disputator fuit; eisque adeo dilucidè sacrarum scripturarum enigmata reserabat, ut in diversis Hispaniarum locis supra quinque et viginti milia ex eis baptizaverit. Ex saracenis quoque quorum in Hispaniâ magna est copia, multos ad Christi cultum pertraxit; omnium tamen numerus octo fermè nullum fuisse fertur. Nulla civitas, nullusque fuit locus, ubi homines

comperit capitalibus flagrare discordiis, à quibus prius discesserit, quām pacatos eos, incredibiliterque concordes reliquerit.

Haec omnia, aliaque similia permulta, quae longissimum esset commemorare, facere absque multa miraculorum claritate prorsus non potuisset. Claruit itaque eo linguae dono, quo nonnulli putant Apostolos olim clausisse; hoc est, quod solā valentinorum linguā loquens, dum populos docebat, ab Hispanis, à Britanis, à Gallis, à Germanis, ab Italī singulis non minus intelligebatur, quām si natus in singulorum, qui eum audiebant, patriā fuisset. Fuerunt ab eo mortui ad vitam revocati: caeci, muti, surdi, claudi, paralitici, caeterique imbecilles ac debiles, et omni morborum genere laborantes in nomine Jesu Christi redditi ab eo incolumes sunt, atque integrati sensuum, perfectaeque sanitati restituti. De quinque et triginta hominum corporibus inquinatos spiritus, à quibus corpora ipsa erant cōsessa, signo crucis exclusit. Prophaetico spiritu, cūm multa futura, tūm verò divi Bernardini praedicationem, sanctitatisque claritatem, p̄adixit. Post annos octo et septuaginta, duos in Britaniā, quam minorem vocant, commoratus est (a). Et licet esset

(a) Ransanus in vita S Vincentii (*Lib. IV. cap. 1.*) cum septuagesimo secundo aetatis anno obiisse affirmat. Quo in loco qui *acta SS.* edidere librarios accusant quod *septuagesimum* scripsierint, cum potius *sexagesimum* dicere debuissent. Nos verò censemus, siquidem hic error sit, augendum potius quām minuendum esse numerum, ut sarta tecta-

que Ransani sententia sit. Ille enim in hoc excerpto ex suim annalibus octoginta annos D. Vincentio concedit. Nullus enim hujus loci lectionem non sic ordinavit, ut sensus sit post annos octo et septuaginta, duos praeterea in Britaniā minori commoratum, eisque expletis extremum diem obiisse. Huic deinde sententiae concordat carmen inferius proferendum,

ætate confectus, adeoque esset corpus ejus ob jejunia, vigilias, ceterosque labores, quos in docendis populis continuè subibat, extenuatum, ut absque baculi sustentamento gradi vix posset; semper tamen in solitis, praedicandi præsertim, exercitiis pertinacissimo studio versatus est. Erat britonibus omnibus gratus, et percarus; ideoque mirum eum in modum amabant omnes, colebant, observabant, admirabantur. Omnia orphanorum, viduarum, pauperum, atque imbecillium director, patronus, adiutor, ac pater, et habebatur, et erat.

Erat per id temporis britonum dux Joannes, vir multis cum corporis, tum verò animi virtutibus insignis. Is praeter ceteros mortales Vincentium incredibiliter diligebat, atque venerabatur. Hujus amoris, ac venerationis cum multae essent causae, eum potissimum incendit quod miraculum quoddam à Vincentio Dei virtute factum vidit, per quod fuit non immerito in suum stuporem adductus. Cum enim ante illius in Britaniam adventum, nullos ex uxore filios suscepisset, saepe et multum angebatur, quotiens animo volutabat ex se genitum esse neminem, qui post ejus mortem imperio per tam longam majorum

cujus in versu 104 sic cecinit Ransanus:

....Nonne octoginta per annos Id meruit vitae perfectus, et integer ordo?

Litis hujus à nullo hucusque scriptore finitae judices sedere nolumus. Id solum agimus, in juri Ransano adscribi eam opinionem, quae B. Vincentium ponit annum vitae sexagesimum secundum non excessisse. Ejus tamen computandi ratio eò adducit, ut S. Vincentii

natalis dies anno 1340 plus minus adscribatur; ipsiusque in ord. praedicatorum ingressus ann. 1357, quo nempe dies 5 Februaril, S. Agathae sacra in dominicam incidit. Quam chronologiam Marieta, et Antistius tenuerunt.

Quamquam et si quis velit priorem Ransani lectionem ex vita S. Vincentii loc. laud. sustinere, ubi eum septuagenario paulo majorem dixit, ei libenter acquiescemos, nedum

successionem accepto succederet. Ceterum cum Vincentius, Joanne ipso petente, conjugis ejus uterum cruce signasset, interque signandum praediceret illam concepturam, parituramque filium, qui patre mortuo esset et britanibus imperatus, et operam daturus, ut se quoque mortuo inter Christi sanctos à romanâ ecclesiâ referretur; nec multis interjectis diebus videret conjugem (prout ille praedixerat) gravatam jam esse, nonoque deinde mense filium perperisse, Vincentium mirè, et supra quam cuiquam est credibile veneratus est. Atque ita quidquid ob imbecillium, egenorumque omnium auxilium, atque levamen ab eo Vincentius petebat, quam facile impetrabat.

Secundo autem anno post ejus in Britaniam adventum, dum in urbe Veneto ageret, persuasus à nonnullis ex eis, qui eum comitati ex Hispaniâ fuerant, quibusque taedio erat peregrinatio longior, Valentiam redire instituit. Cum itaque de secundâ noctis vigiliâ se itineri commisisset, existimassetque se per reliquam noctis partem inultum viae confecisse, quam primum tamen illuxit, non plus quingentis passibus se ab urbâ portâ abesse animadvertisit. Quae res, cum et ipsum, et suos comites in sum-

non improbabimus. Nullâ enim emendatione locus ille indiget, quod tamen editores act. SS. tentavere. Anno quippe 1412 Benedictum XIII alloquens Vincentius epistolâ datâ Alcannizii 27 Julii, seipsum senem dicit, annos aetatis agentem plusquam LX, atque à visione Avenionensi elapsos jam tunc fuisse plusquam quindecim annos. Ex quo id efficitur eam visionem habitam anno

1396, vel circa, aetatis suae circiter 46, natum proinde fuisse anno 1350. Rursus si anno 1412 septem illi qui effluxerunt ad emortualem ipsius 1419 adiificantur, efficietur ultimus viatae annus septuagesimus, vel circiter. Scimus utramque Ransani chronologiam parum inter se convenire; nobis tamen, quod propositum erat, variam ipsius lectionem exposuisse sufficiat.

mat admirationem adduxisset (neque enim per viarum anfractus, sed per rectam viam iter fecerant) ipse id factum intentissimā curā secum iterum atque iterum voluntans, redeamus, tandem inquit, fratres mei in urbem. Nihil enim aliud sibi quod nobis accidit vult (quantum ego assequi conjecturā possum) nisi Deum nolle ut ad patriam ipse revertar. Hic itaque locus est, ubi non multis interjectis diebus sum ab hac mortali vitā discessurus. Haec ubi dixit, urbem versus se unā cum comitibus confert. Fuit ejus redditus à duce ipso, atque ab ejus conjuge, et à civibus omnibus Venetensibus magnā laetitiā, magnoque applausu concelebratus. Ceterum sexto ab ejus cemodi applausu die, gravis eum febris invasit. Per quos autem dies morbi vi magnā est affectus, mirum omnibus exemplum praebuit patientiae. Susceptis tandem ecclesiasticis mirā religione sacramentis, cunctisque ad eum visendum concurrentibus ad benē piequē vivendum cohortatis, praedicto præterea à se mortis suae tempore, petivit à sacerdotibus, qui aderant, legi sibi letanias, passionemque Domini Jesu Christi secundum Joannem. Quibus lectis, ingentem vultu ostendens laetitiam, substulit ad coelos oculos, manusque junctas cum voce tetendit; atque *in manus tuas, inquiens, Domine, compiendo spiritum meum*, excessit è vitā anno ab ortu Jesu Christi decimonono supra millesimum, et quadrigentesimum (a). Atque ita videor jam absolvisse quae de ipsius vitā commemoranda erant. De relatione ejusdem inter Christi

(a) Auctor in vitā S. Vincentii scilicet Aprilis, quae ante centii (lib. IV. cap. 2.) stylo veteri Gallorum et Britonum servato, qui annum à Paschate inchoabant, S. Vincen- tium obiisse ait anno 1418 no-

nis scilicet Aprilis, quae ante Dominicam Palmarum eo anno occurserunt. Proinde annum illi 1419 nondum inchoaverant. Stylum hic novum ser- vat.

sanctos, quemadmodum constituta, factaque sit, dicendum deinceps est.

Quo tempore diem Vincentius obiit, Martinus quintus pont. max. Rom. regebat ecclesiam. Ad hunc omnes penè principes, qui in Galliis, atque in Hispaniis imperia per illud tempus tenebant, quaedam preaterea florentissimae civitates, et litteras, et oratores miserunt postulantes, ut tantus vir, qui quasi unus ex priscis Christi apostolis hoc saeculo visus, ac judicatus est, sanctorum catalogo ascriberetur. Omnium tamen diligentissimus fuit Joannes Britonum dux, cuius paulo ante facta fuit mentio, qui que magnam mirorum Vincentii operum partem, et invitâ, et post mortem viderat. Pontifex, cui viri sanctitas erat jam longè notissima, dignum duxit uti fieret quod efflagitabatur. Dumque statuit, ac parat quae necessaria usui erant, quo res efficeretur, alia negotia occurserunt, quibus vacare intentissimâ curâ pontificem opportuit, atque ita in aliud tempus, quod videretur opportunius, res ipsa dilatata est. Accessit quod ordinis praedicatorum patres, quibus ea res curae esse debebat, animo ob negotii gravitatem fracti, omnia neglexerunt. Quo factum est ut, et principes, atque civitates, quae petebant, et pontifex, qui non invitus potentibus annuebat, ab inceptis destiterint. Martino mortuo, Eugenius, qui ei succedit (a), commotus iisdem de causis, quibus Martinum fuisse commotum modo memoravi, instituit velle se prorsus adimplere, quod fieri ante nequiverat. Ceterum evenit, ut multi, formidabilesque bellorum motus in totâ penè Italiam orti, romanam ecclesiam gravibus incommodis adeo presserint, ut non tantum patres, sed ipse quoque ponti-

(a) Anno videlicet 1431, 5 anno 1408, undecim scilicet nonas Martii, qui et creatus ante D. Vincentii obitum auctoratus cardinalis à Gregorio XII nis.

rex Româ excesserit, fugâque salutem sibi quaesierit (*a*). Quare illud quoque evenire necesse fuit, ut neque pontifex, neque ordinis praedicatorum patres, neque civitates, ac principes, qui eam rem mirè affectaverant, quippiam, quo negotii principium fieret, tractare potuerint. Ad haec mors Joannis, Britaniae ducis (*b*), cui praeter ceteros mortales cordi id negotium erat, accessit. Per sexdecim itaque annos, per quos Eugenius romanae ecclesiae praefuit, ejusmodi rei tantum mentio, quam modo dicebam, facta est. Eugenio successit Nicolaus quintus (*c*). Hujus pontificatus anno tertio Alphonsus Aragonum rex, ac Petrus Britonum dux, multiique alii Europæ principes patrum ordinis praedicatorum animos adeo incenderunt, ut decreverint Romae conventum agere (generale capitulum vulgo illi dicunt) eo consilio, ut praeter cetera de eo negotio tractaretur (*d*). Id cum esset factum, Guido Flammochetus, qui in conventu ipso omnium patrum suffragio summus ordinis praedicatorum magister fuit electus, pontificem adiut, nomineque ordinis praedicatorum postulavit, ut finis tandem fieret negotii, cuius non semel in romanâ curiâ facta fuerat antea mentio. Pontifex, cui non ignota erant Vincentii merita, facile persuasus est; atque ita jussit, ut Guido una cum sui ordinis patribus, quod suum esset, efficeret, adhiberetque diligentiam, ut quae tempore ad id idoneo fuerint necessaria, compararentur. Decrevit igitur Guido, ut tribus interjectis annis patrum conventus (hoc est, generale, ut dicunt, capitulum

(*a*) Romanorum hic dissidia turbasque tangit armis Colum- nensium illatas ab ipso ponti- ficatus Eugenii exordio, quas apud quoscumque *de vitiis pon- tificum* scriptores descriptas re- quire.

(*b*) Anno 1443 28 die Au- gusti.
(*c*) Anno 1447 pridie nonas Martii.
(*d*) Capitulum istud gene- rale Romae habuerunt FF. ord. praed. die XIII Junii anni 1451.

Ium) ageretur Naneti, quae urbs est in minori Britaniâ, eo consilio, ut convenire ibi possent Petrum ducem, qui Joanni patri successerat, propterea quod sperabant illum nihil omissurum, quo tandem perficeretur negotium, quod constabat ipsum ab ineunte aetate incredibiliter affectasse. Ceterum paucis post mensibus Guido Neapoli moritur. Nec tamen praetermissum à patribus est quin generale capitulo, uti fuerat decretum, Naneti celebraretur (*a*). Ibi uno omnium consensu electus est magister ordinis prædicatorum Martialis Auribellius, Avignonensis, theologus suâ aetate insignis. Is, ut erat magno animo, et singulari prudentiâ, nihil sibi diffidens, ducem convenit, et post multos sermones ultrò citròque habitos, adeo persuasit, ut omissis ille ceteris negotiis, solum de Vincentii re ceperit cogitare.

Dat in primis operam ut mittat legatos ad rom. curiam, per quos id cum pontifice ageretur, ut res, quae fuerat non tantum semel, sed iterum, et tertio proposita tandem perficeretur. Dum haec aguntur in Britaniâ, Martialis ad diversas Galliarum, Hispaniarum, Germaniae, Italiae partes mirâ celeritate prefectus effecit, ut plures alii principes, et ecclesiarum Antistites, multae praeterea florentissimae civitates, vel per litteras, vel per nuntios id ipsum efflagitarent. Ita relatâ re ad concilium, decretum est, ut mitterentur à romanâ curiâ perplures, qui diligenter (ut fieri in tantâ rerum mole solet) investigarent qualis vita, qualia opera Vincentii fuerint, litterisque mandarent omnia, ut, omnibus ad perfectum libratis, finis tandem tantae rei imponeretur. Missi sunt hujuscemodi rerum perscrutatores, qui duos annos in talibus negotiis consumpsierunt, ad singula fere loca, in quibus vivens Vincentius

(*a*) Seu potius Nannetis, quae tum ibi capitulo fuit die XX urbs est in Armoricâ; celebra Maii 1453.

fuerat versatus. In numero testium, quos constat fuisse supra mille et ducentos, fuerunt Joannes S. Sixti, Georgius SS. Coronatorum, Joannes S. Angeli cardinales, Alphonsus Aragonum rex, qui in hoc pium opus octingentos contulit aureos, Petrus Britaniae dux, à quo duo millia nummum in idem opus collata sunt, episcopi sex, abbates undecim, theologiae professores quatuordecim, pontificii, et civilis juris consulti quindecim, sacerdotes, tum saeculares, tum diversorum ordinum regulares centum sexaginta septem, viri equestris ordinis, et alii ex saeculari nobilitate praeclari homines ducenti et tresdecim. Qui omnes de vitae ejus magnâ integritate, et sanctitate, de excellentissimâ doctrinâ, quâ enituit, de varietate multitudineque miraculorum, quibus claruit, de fervore, et eloquentiâ, quâ usi solebat in docendo, denique de fructu, quem consecuti sunt populi, qui ipsum concionantem et videbant, et audierant, satis clara perhibuerunt testimonia. Dum harum rerum perscrutationi daretur opera, Martialis ferè infinitos suscepit labores, curans ne quo modo ab incepto desisteretur. Et cùm multa evenerint saepè, quae rei nostrae maximo fuerunt impedimento, numquam tamen est visus exterritus. Magno semper animo omnia toleravit. Omnibus, quae in rem erant, providit. Cuncta, quae adversari potuerunt, exclusit. Denique nihil unquam prætermisit, quod visum sit tam arduo negotio conducere. Id et ego, qui fui aliquando suorum laborum comes, et ceteri, quibus ipse familiariter utebatur, facile animadverterunt. Perscrutatis omnibus, primisque legatis revocatis, alii à duce Britaniae missi Romam sunt, qui nihil aliud curarent, quam ut caeptis modus daretur. Ceterum eis advenientibus, pontifex in adversam valitudinem incidit, quam interjecto quatuor mensium intervallo è vita discessit. Quam ob rem tum legatorum, tum Martialis animus ita est

Iabet factus, ut nemo eorum fuerit, qui non omnino absolvendi negotii spem omnem amisserit. Verum paulò accuratius reī eis considerantibus visa prudentissimo Dei consilio facta fuisse pontificiae dignitatis tam insperata mutatio. Nam neque Nicolaus, neque alii, qui ante ipsum praefuerant romanae ecclesiae, fuerat Vincentium nostrum inter sanctos relatus. Illi erat ea res demandanda, quem Deus ad ipsam, antequam mundus conderetur, elegerat, cuique Vincentius ipse vivens prophetico spiritu fuerat multo ante vaticinatus, quemadmodum supra demonstratum est. Quartodecimo (a) itaque die ex quo Nicolaus mortem obiverat, Alphonsus Borgius ad apostolatum eiec-tus, Calixtusque tertius appellatus, adimplere decrevit quod de eo jam pridem Vincentius, Deo inspirante, cecinerat.

Sed non censui praetereundum silentio quaedam quae relatu digna per eos dies ad Vincentii gloriam obtigerant. Cūm paratus jam omnibus pontifex ē locis interioribus domus egressurus, comitante patrum omnium ordine, ad publicum concessum de more expectaretur, Andraeas cognomento de Sanctā Cruce, vir romanus nobilis iure consultus, qui eo in loco erat in Vincentii laudem orationem habiturus, sincopi repente correptus in terram semianimis concidit. Fit illico strepitus: exoritur clamor: concurrunt universi qui aderant, partim ut ferant opem, partim ut rei exitum videant. Et quia vix palpitare videbatur, desperatā salute, jam jam ipsum moritum cuncti arbitrabantur. Scinditur mox incertum studia in contraria vulgus. Erant qui dicent id Dei iudicio factum, qui nequaquam pati suā summā justitiā voluit ut referretur inter sanctos vir, qui non videretur tantā gloriā dignus. Pleri-
 . (a) Decimoquinto legimus haec Calixti III electio VI id. in Ciaconio; contigit autem Aprilis 1455.

que, in quorum numero ipse fui, arbitrati sunt eò fuisse id Dei benignitate permisum, ut ostenderetur specioso aliquo miraculo quam magna Vincentii merita fuerint. In tantâ rerum perturbatione legati ducis Britaniae, et Martialis ipse, et complures, qui aderamus, lachrymas contineere nequivimus. Inter haec egresso pontifice ex intimâ aulâ, caeperunt patres ordine procedere. Ego, et ceteri fratres ordinis praedicatorum, qui aderant, legati præterea britones, ne quo afficerentur dedecore, cum nihil humanae opis speraremus, dum procederent ad consessum patres, Dei auxilium intentissimis mentibus imploravimus, nosque B. Vincentii meritis commendavimus, cum precan tes, ut quando sua res agebatur, suo honori, suae laudi, suae gloriae ipse consuleret. Sic nobis eum gemitu lachrymisque precantibus, non defuit divina benignitas. Namque non prius se pontifex in ornatissimâ, atque eminentissimâ illâ sede constituit, quam Andraeas, qui mortuus, aut saltem non multo post moriturus putabatur, se statim è terrâ corripuit; et quos ob talem eventum animadvertisit esse tristes consolans, bono animo esse jussit. Mox caepit orare, et quae in B. Vincentii laudes erat dicturus adeo luculenter, et copiosè, ac tam miro ordine explicavit, ut cum persaepè alias eodem in loco verba fecerit, numquam tamen judicatus est dixisse vel prolixius, vel praestantius. Octavo deinde ab hujus publici consistorii die, accersitis universis centum septuaginta sex episcopis, qui Romae per id temporis commorabantur, pontifex Vincentii rem tot annos agitatam posuit in consultatione. Postea autem quam audivit quaenam esset sententia singulorum, prolixam ipse habuit orationem, quâ omnem Vincentii vitam, miraque opera, non solum quae audiverat, sed etiam quae ipse viderat, locupletissimè recensuit; conclusique tandem nihil obstare, quin sanctorum catalogo connumeraretur.

Atque ita diem, quem antea dixi, tanto spectaculo constituit, quo die celebrari toto orbe consuevit solemnitas apostolorum Petri, et Pauli. Quo autem die actus est Patrum, quem modo dixi, conventus, placuit Deo ostendere non inani consilio pontificem in B. Vincentii gloriam quae jam narravi decreuisse. Nuncius namque à minori Britaniâ Romam missus in ipso patrum concilio se ad pontificem contulit, eique litteras dedit, per quas Venetensis civitas significabat sacrosanctae romanae ecclesiae factum esse apud eos die vigessimo proximi mensis Aprilis hoc miraculum. Mulier quaedam Margarita nomine, quae novem menses visum penitus amiserat, B. se Vincentio commendavit, vovitque se illius sepulchrum visitare. Ad locum igitur perducta, cum circiter sex horas Deum rogasset, ut meritis Vincentii, cuius imploraverat auxilium, visus sibi restitueretur, tandem quod piè petiverat consecuta est. Patefactis namque oculis, atque illico se erigens, eos ostendit mulieribus, quae ipsam caecam perduxerant. Egerunt primum omnes gratias Deo, et B. Vincentio; mox convocatis ecclesiae sacerdotibus, rem eis omnem ordine aperuerunt. Illi in hymnis, et canticis diem totam consumpserunt. Re autem per urbem vulgarē, ad tantum spectaculum supra octo hominum millia ad locum concurrerunt; remque omnes admirantes, illi praecipue qui Margaritam ipsam caecam antea viderant, Deo, et ipsi egerunt gratias, B. vero Vincentii sepulchrum cùm ipsi, tūm alii quām plurimi multos dies incredibili pietate frequentavere. Acceptis perfectisque litteris, quibus tantum miraculum significabatur, eo, inquit pontifex, consilio placuit rerum omnium auctori Deo, ut hae litterae hac potissimum horā nobis redderentur, ut verum omnino comprobaretur fuisse, quod de Vincentio nos frequente senatu narravimus. Quod igitur jam pridem

mihi sat̄is persuasi, nunc habeo maximē compertum. Ni-
 hil fallemur, si tantum virum catalogo sanctorum ascrip-
 serimus. His dictis senatus solutus est. Ubi deinde affuit
 constituta, expectataque dies, nihil est ommissum, quod
 ad rei ornatum, atque ad solemnitatis decorem pertine-
 ret. Concurserunt eī de causā ad urbem ex regionibus fi-
 nitimis quadrigenti ferme ordinis praedicatorum fratres.
 Qui unā cum Martiale, britonibusque legatis hymnos per
 urbem decantantes, subsequente magnā promiscui sexus
 multitudine, ad Sancti Petri Apostoli templum, quod
 est situm in vaticano, pulchro agmine processerunt. Res
 divina à pontifice acta est in templi medio, ubi constitutus
 erat locus latus, atque praeeminens pro more ad patrum
 omnium concessum idoneus. Pendebant undique ex templi
 culmine lumina pene innumerabilia. In parietibus autem
 altē ardebat undique cereae faces, quarum numerus duo-
 rum fermē millium fuit. Eratque lumen omnium talis
 tantusque decor, ut quaedam stellati, micantisque coeli
 facies videretur. Decorabant quoque non parum solemniti-
 tam tum Alphonsi regis, tum Petri ducis Britaniae
 praeclara insignia, quae ante agmen fratrum praedicato-
 rum per urbem deferebantur. Eis enim designabatur tan-
 torum principum sumptibus maximā ex parte talem re-
 rum fieri apparatus. Alia praeterea facta eo die sunt,
 quae solemnitatem in primis decuere. Omissa tamen ea
 facio, ne versari videar in re cognitu parum necessaria.
 Ceterum non existimavi praetermittenda tria illa mira-
 cula, quibus B. Vincentii majoris gloriae cumulus adiec-
 tus est. Matronae cuidam Romanae erat filius annos natus
 fermē quatuordecim, qui annos quinque passus fuerat
 adeo graviter morbum, quem nostri comitialem, graeci
 epilepsiam dicunt, ut in terram non minus duodecim vi-
 cibus caderet à sensibus omnibus alienatus singulis diebus.

• Haec, ubi vidit novam hanc celebrari in urbe solemnitatem, se ac filium commendavit B. Vincentio in haec verba: si non immerito dignus es, ut hodierno die inter ecclesiae sanctos referaris, impetra filio meo sanitatem, quam nulla medicae artis ope consequi unquam potuit. Id si feceris, nunquam deerit, quin annuae tuae solemnitatis die missam quotannis faciam in tuam memoriam celebrari. Exaudita est mulieris tam pia, humilisque precatio. Ex eo enim momento nunquam fuit ulterius ejus filius genere morbi, quem dixi, vexatus. Quo etiam modo alia quaedam matrona, quae annis fermè quatuor passa fluxum sanguinis fuerat, curata est. Duo praeterea adolescentes, quorum alter decem menses quartanam, alter ex perpetuâ febre quinque et viginti dies laboraverat, cum simili voti emissione illico fuerunt integrè valetudini restituti. Alia quaedam narrata mihi sunt miracula, quae eodem die factâ in urbe à nobilibus romanis civilibus affirmata sunt; sed quia perscrutanti mihi nihil constitit certi, nullam de eis mentionem habere volui.

Perfectâ re divinâ, cum eâ et perfectum tandem est negotium, cuius gratia tot annos praedicatorum ordinis patres laboraverant. Atque ita non multis post diebus, actis pontifici gratiis, legati britones, et Martialis voti compotes Româ excesserunt. Ego verò magno honore à Martiale affectus in Siciliam, cui provinciae me praefecit, reversus sum (a). Ibi non solum de vita Vincentii opus,

(a) Saepè auctor in hoc opusculo innuit Romae se adfuisse anno 1455. Modo vero ait perfecta S. Vincentii solemnis apoteosi non multis post diebus Siciliam petiisse. Proinde, si vetum est quod Ransano tribuit Echard (*Bibl. script. O.* P.), nempe in indice XVII de rebus Hungaricis affirmare se Romae adfuisse, cùm jussu Nicolai V à purpurato cardinalium senatu solemniter, et magnifice Joanni Huniadi parentatum est anno 1456; si verè, inquam, id Ransanus dixit,

adhortante Martiale, ac jubente, ut ante dixi, pontifice, condidi (a) sed nomen etiam ipsius, ac laudes egregias in praeclaris omnibus ejusdem insulae civitatibus vulgavi quam diligentissime.

Hucusque excerptum Ransani ex annalium suorum libro vigessimo; in quo formâ epistolari servatâ Joannem Pistoriensem, cuius gratiâ illud concinnaverat, persaepe alloquitur, ut verè opus diversum sit, ac pro non iterato habendum, in quo plura testis oculatus narrat. Excerptum porro excipit nova epistola, vel potius prioris continuatio, qua cum mittit carmen, quod in laudem D. Vincentii, instantे ipso Pistoriensi cecinerat; cuius quatuor tantum versus priores in actis SS. ex MS. cod. S. Marci Florentiae legere fas est. Nos integrum ex nostro codice damus, quamquam scimus illud Virgilii et Homeri genio longe esse inferius; plura namque continent historica facta, tum et aevi sui poesis statum prodit, ac forte superat. In hunc igitur modum pergit Ransanus.

Gessi quoque morem piae voluntati tuae, mi Joannes optime, qui aliis tuis litteris petivisti, ut pleraque ex his,

maximâ velut equivocatione laborantem corrigere facillimum erat. Non enim Nicolaus V ultra Martii mensem ann. 1455 vitam produxit. Ex praesenti praeterea loco incredibile prorsus est, virum Româ excedentem labente anno 1455, ut gravissimo provincialis Siciliae oneri facheret satis, eam urbem anno sequenti repetiisse. Itaque

typographi mendum fuit qui annum 1456 pro 1453, aut alio quovis Nicolai pontificatus anno possuit; nam illius Joann. Huniadi parentationis nec Platina, nec Ciaconius mentionere.

(a) In Sicilia nempe vitam S. Vincentii quatuor libris adoravit; quo in opere finem anni 1455 et sequentis initium im-

quae supra solutā perscripta oratione sunt, carmine etiam à me tibi explicarentur. Dicis autem id te petere eo consilio, ut cùm longè facilius carmen, quàm prosa oratio commendari memoriae soleat, praebebitur tibi causa, ut r̄magis in promptu habeas ea, quae de Beati nostri Vincentii vitâ sunt à te populis pervulganda. His igitur heroicis versibus patronum nostri ordinis alloquor:

Numina, Vincenti, tua poscimus, alme, precantes,
 Optima, quem meritò devexit ad ethera, virtus,
 Ne gemitus nostros, ne despice vota piorum,
 Sed bonus exaudi, et facilis res aspice nostras.
 Scimus apud regem, qui totum condidit orbem,
 Esse tua, et facta, et merita acceptissima. Nobis
 Ergo fave, miseros mortales dirige, qui nunc
 Se tibi committunt, qui totâ mente rogantes
 Ad te confugiunt, tua sacraque numina poscunt.
 Quamvis magna petas, Christum tibi magna daturum
 Quis dubitat? Christus numquid tibi magna negabit,
 Qui magnos hostes, qui magna pericla tulisti
 Pro Christi cultu, pro religione tuenda?
 Christum tu primis, tenerisque secutus ab annis,
 Magno animo prorsus statuisti spernere cunctas
 Corporis illecebras, ac flūxaē gaudia vitae.
 Nil fuit omissum, fragilis quo corporis à te
 Membra domarentur, vel quo tibi spreta fuissent
 Quae caro, quae mundus, quae demon bella paravit.

pendit; illudque limae, ut par erat, subactum, ac Martialis Auribellio sui ordinis generali magistro inscriptum, capitulo, ut vocant, Diffinitorum in Monte Pessulano XVI Maii

1456 coacto approbandum obtulit; quae viri diligentia magnam ipsius pietatem, et erga D. Vincentium devotionem commendat.

DE DOCUMENTOS.

301

Ergo cum tantos ac tales....viceris hostes,
 Pure (*a*) Deus voluit certo decernere fato,
 Ut tibi victori nomen Vincentius esset.
 Nondum vigenos aetas tua viderat annos,
 Quom de Dominici Christo sacer ordo dicavit
 Victurum toto sine crimine tempore vitae.
 Mox operam sacris doctrinis ritè dedisti,
 Cum quibus et placuit genus exercere per omne
 Virtutum corpus, mentemque, ac ferre labores
 Per quos vita tibi mortalis sanctior esset.
 Artibus ergo bonis, clarisque, et rebus honestis
 Evadens summus, famâque volante per omnem
 Extremam Hesperiam laudum, pater alme, tuarum,
 Ut jubar exoriens micuisti solis in orbe,
 Atque refulgenti lustrasti lampade terras.
 Praeterea Christi divini numinis haustu
 Uberibus satiatus aquis, mox voce tonantu
 Fudisti in populos longè, latèque fideles
 Flumina larga tui ingenii, totamque rigasti
 Ecclesiam dulci divini spiritus undâ.
 Tu tuba dulcisonans, cuius penè undique tota
 Europa, et quotquot maura tenet Africa gentes
 Audivere sonum, simul accepere salutis
 Innumeri populi pia quae documenta dedisti.
 Audiit ipsa tuas extrema Britania voces;
 Audiit atque omnis te Gallia quanta profundo
 Cingitur occeano, necnon nostro equore tanto
 Circuitu, quanto vallatur montibus altis.
 Insuper audivit quantum se Hispania longè
 Porrigit, et quantis spatiis se tendit in amplos
 Trugiferos campos, mutato nomine, lingua,

(a) F. JURE.

Imperio, ritu, cultu, metisque locorum,
Praeconem audisti, Balearis et Insula sanctum.
Tu quoque, cui nomen satus Hercule tradidit olim,
Insula, non prorsus caruisti munere tanto,
Quamve colunt populi Ligures, pars illa superbae
Italiae audivit clara te voce docentem,
Mortales homines, quo possent ordine vitae
Omnia pervigili mortalia spernere curâ,
Viribus et totis ad coeli tendere sedes.
Quem non moverunt tua verba ardentia? quem non
Mutarunt penitus, maculis, vitiisque relictis?
Quae tua non hominum tetigit praecordia linguâ?
Quin iudeorum tu millia multa vocasti,
Traxistique pie sacri ad baptismatis undam.
Sic et Agareni populi tua dicta secuta
Millia multa viam verae invenere salutis.
Dicere quis paucis posset quot millia Christi
Cultorum ad summae virtutis munera ferens
Traxeris, abjectis erroribus, atque prioris
Vitae damnatis vitiis, culpisque nefandis?
Praeterea, si quos discordia fecerat hostes,
Seu fuerint urbes, populi, regesque, ducesque;
Pacis amator eos pacasti protinus, atque
Fecisti ut laetis animis, ac mente benignâ,
Extinctis odiis, pia pacis jura tenerent.
Quae documenta dabas rebus, signisque probabas
Mirificis; nam te dono comitante superni
Numinis, haud hominum solum tu' corda piasti
A labe, et scelere, et terreno crimine ab omni,
Sed miseris ad te cunctis venientibus aegris
Haud cunctanter opem coelestem saepe tulisti.
Teque jovis stygii diri timuere ministri,
Quos quoquens hominum vexarunt corpora sancto

DE DOCUMENTOS.

303

Imperio, et signo crucis atra ad regna fugasti.
 Pupillis, viduis, miseris, et egentibus, atque
 Flentibus, ac moestis solatia quando negasti?
 Resque erit hoc tempus memoratu digna per omne,
 Quod tibi quam mater dederatque Valentia lingua,
 Quom documenta Dei voceque, atque ore referres
 Nulli occulta quidem, sed erant vulgaria cunctis
 Gentibus in variis natis regionibus orbis
 Quae tibi manabant fecundo è pectore verba.
 Quove furore Deus vatum praecordia quondam
 Moverat, hoc Christus mentem tibi movit eodem,
 Ut rerum eventus posses aperire futuros.
 Hinc citò venturum Christum, qui judicet orbem
 Omnibus ostendis populis; namque Angelus alter
 Ille es sublimem quem viderat antè Joannes,
 E medio coeli magna cum voce monente
 Ut Deus omnipotens timeatur: jamque propinquat
 Expectata diu metuendi judicis hora.
 Postquam longa fuit justèque, pièque peracta
 Vita tibi, Dominus tibi praemia reddere Christus
 Debita constituit. Nonne octoginta per annos (a)
 Id meruit vitae perfectus, et integer ordo?
 Ergo dum gaudent britones te audire docentem,
 Ex nostrâ ad coelos migrasti luce beatus,
 Atque inter divos es divus ad astra relatus.
 Sic itaque hoc saeclo victo sine fine triumphas.
 Quando igitur felix es coeli in sede locatus,
 Respice nos, votis nostris assuesce vocari.
 Oramus videoas gemitus, lachrymasque praecantum,
 Qui tibi suppliciter se totâ mente dicarunt.
 Praesta (namque potes) malè sanis robora membris;

(a) Vid. supra not. ad pag. 286 seq.

Praesta ne superet nos serpens callidus astu:
Praesta quo magnis vincānus viribus hostes,
Qui nostros turbant animos, qui perdere nostra
Corpora festinant, specie qui saepè bonorum
Illiciunt homines, ut amara in tartara tendant.
Denique fāc summo sit nostra accepta tonanti
Vita, nec īnsidias formidet, et arma malorum.
Ut meritis tanti patroni, ac munere tandem
Admitti ad summas sedes mereamur olympi. Amen.

XIII.

Alphonsi de Borgia, episcopi Valentini convocatio ad synodum proximè celebrandam die 2 Februarii ann. 1432.

EX COD. COLLATION. LITTERAR. &c. ANN. 1432, FOL. 4.
IN ARCH. CUR. ARCHIEP. EJUSD. ECCLES.

Franciscus Zabaterii, presbyter, decretorum doctor, reverendissimi in Christo Patris et domini domini Alphoni, Dei gratiā episcopi Valentini, in remotis agentis, vicarius in spiritualibus et temporalibus generalis, et ad infrascripta ab eodem domino episcopo habens speciale mandatum: dilectis in Christo universis et singulis ecclesiarum rectoribus, vicariis perpetuis, et presbyteris, ac clericis beneficiatis in civitate et diocesi Valentinā constitutis, salutem in Domino. Ecce quod praefatus reverendus dominus episcopus, ad memoriam reducendo statuta patrum, in quibus praecepitur; ut semel in anno per episcopos synodalia concilia celebrentur, deliberavit breviter in hac civitate personaliter adhaesse, et die secundâ mensis Februarii proximè instantis in civitate praedictâ sanctam synodum celebrare, ut in illâ subditorum exces-

DE DOCUMENTOS.

305

sus salubriter corrigantur, et deffectus ecclesiarum et aliarum rerum ecclesiasticarum in melius, auxiliante Domino, reformatur. Quapropter vobis universis et singulis serie cum praesenti dicimus, et in virtute sanctae obedientiae districte praetipiendo mandamus, quatenus die et loco predictis per vos, vel procuratores vestros coram dicto domino episcopo compareatis, et in celebrationem dictae synodi intersitis, ut inde valeat una vobiscum, illa quae ad Dei laudem et gloriam, et bonum statum ecclesiarum, personarum; et rerum ecclesiasticarum videantur expedire, salubriter ordinare. Vos autem rectores dictarum ecclesiarum, vel vestrorum loca tenentes omnes presbyteros et clericos beneficia ecclesiastica infra vestrarum parochias obtinentes, ex parte nostrâ citetis, et etiam moneatis, ut ad dictam synodum veniant termino assignato, certificantes vos et illos pro nisi comparueritis et comparuerint, ut praefertur, ubi vos et eos causa rationabilis non excuset, praefatus dominus episcopus procedet ad celebrationem synodi, et alias contra absentes prout juris fuerit et rationis, si non contingat aliquos procuratores mittere ad predicta illis plenariam conferant potestatem faciendi, tractandi, concedendi, expediendi et consentiendi in omnibus et singulis, quae alii facient, tractabunt, concedent, et consentient in praedictis. Dum vero qua praesens vobis fuerit littera praesentata in quodam quaterno papirii, quae lator praesentis secum portat, manu propriâ reservatis, et praesentem reddite pertitori. Datis Valentiae undecima die Januarii, anno à Nativitate Domini millesimo, quadringentesimo, tricesimo secundo.

TOMO IV.

V

XIV.

Carta de Jayme Rosse II, abogado de Valencia, á los jurados de Xátiva, en que les da cuenta é instruye sobre el ceremonial con que deben recibir al cardenal Don Rodrigo de Borja, el qual confiesa ser natural de Xátiva. (a).

Als molt magnifichs, savis, senyors los jurats de la ciutat de Xativa.

Molt magnifichs, et molt savis senyors: l'altre iorn rebi una letra vostra demanantme vos avisas de la solemnitat, ab la qual entra lo reverendissim cardenal legat en la present ciutat. A la qual vos responch, que per esser natural lo dit reverendissim cardenal de aquexa ciutat, e considerada la dignitat e grandissima potestat que te, per aquexa ciutat deu esser mort solempnissimament rebut. Lo que aci se feu en la sua recepcio son que tots los officials reals e de la ciutat accompanyats de moltes notables gents, e tots los nobles, cavallers, ciutadans, e altres a caball lo hixqueren a reebre fins a les tavernes blanques; que es tant com se fa a novella entrada de nostre rey e señor: e al abeurador del cami de Murvedre tots los jurats, governador general, el altres notables nobles et ciudatans fins en numero de dotze lo esperaren ab hun solempne pali, dins lo qual a caval aná lo dit cardenal; e los qui portaven lo pali tots a peu. E quant foren al portal dels serrans, lo qual estava empaliat de draps de raç, e ab sons diversos de trompetes e tabals entra dins la ciutat; e en lo portal troba la professo gene-

(a) Sacada de la copia que este asunto posee D. Antonio con otros documentos sobre Mateo Pueyo en S. Felipe.

ral de la sglesia molt solemne ab pali que portaven capellans, e lo bisbe una fas de la verge Maria, cantant *Te Deum laudamus*: axi ab la professo dabant, e ell en lo pali dels officials aná lo dit reverendissim cardenal, feu gran volta per tota la ciutat fins a la seu, y de allí feyta oracio ana a sa posada episcopal. Per totes les carrees hon passa, les finestres e enfronts de portes estaven enpa-liades de draps de raç, et bancals e les portes dels mesternals en les coses de lurs mesters, lo millor que tenien. Tota la gent de la ciutat li feya gran festa e honor. Aço senyors no es cosa de gran cost, que la mes espesa es lo pali, lo qual es dels seus, dich del senyor cardenal. Axi, senyors, considerau la honor que reporta aquexa ciutat per esserne ell natural de ella. E feuli solemne festa; e nous podeu escusar de pali. Ell tramet aqui lo reverent mestre Alfageri mestre en teologia, servidor seu ab lletra peral magnifich gobernador, justicia e jurats de aquexa ciutat, per notificarvos la sua anada. Sa senyoria mena dit sera en aquesa ciutat dimecres a pres menjar, e digous de mati o per tot dia: feu e preparau lo que mester es, e feuli molta honor, que no fareu ultra lo seu merexer; e manau de mi, e sera feyt. scrit en Valencia a 30 de Juliol 1473.

Concordauvos ab lo capitol sobre la professo; encara quells ne hauran lur carrelic. A vostra ordinacio prest Jacme Rossell.

XV.

Hugonis de Lupia et Bages, episcopi Valentini, epistola ad cler. suae dioeces. in synodo ann. 1400 celebrata.

EX ARCH. ECCLES. COLLEGIAT. SETAB.

Nos Hugo, Dei gratiâ episcopus Valentinensis, ad humilem supplicationem totius cleri civitatis, et dioc. nos-

trae Valentia., congregati in praesenti synodo, quam in civitate Valentiae celebramus, remittimus gratiosè, relaxamus, absolvimus, disfinimus, et etiam perdonamus vobis universis, et singulis rectoribus, vicariis perpetuis, et aliis praesbyteris et clericis beneficiatis tam in civitate vel diocesi supradictis, demptis inferius nominatis, omnia et quaecumque crimina, et delicta resistentiae, et de omni lapsu carnis, et alios quoscumque excessus per vos, seu vestrum alterum perpetratos, commissos, et factos modo quolibet sine forma à toto tempore retro lapso usque in hunc diem praesentem, omnesque poenas civiles, et etiam criminales, spirituales, et etiam corporales, pecuniarias et alias qualescumque quocumque nomine censeantur, ad quam, vel quas in genere, vel specie vos praedicti rectores, vicarii, vel beneficiati teneremini, quovis modo vel forma; exceptis tamen criminibus infrascriptis; ita quod pro praedictis vel aliquo eorundem amodo non positis capi, detineri, vexari, denunciari, accusari, vel alias quomodolibet molestari: cancellantes, annullantes, cassantes, et etiam revocantes, omnes et quascumque denunciationes clamos, empsias, accusations, et inquisitiones propositas, seu receptas, et factas contra vos, seu alterum vestrum ad instantiam fisci nostri, tam publicè quam secretè usque in diem praesentem, de quibuscumque criminibus, seu delictis parvis, seu magnis, etiam si in iis ad receptionem confessionis, et testium receptionem, seu alias quomodolibet sit processum. Quas tamen remissiones, relaxaciones, absolutiones, et definitiones facimus et concedimus si et in quantum se vires potestatis nostrae extendunt. Mandantes etiam cum praesenti, et firmiter injungentes universis et singulis officialibus et fiscalibus nostris praesentibus, et futuris, quatenus remissiones, relaxaciones, et gratias nostras praesentes firmas habeant, teneant,

et observent, ac faciant ab aliis ut convenit observari, et in aliquo non contraveniant seu faciant quovis modo. Quoniam nos in et super predictis omnibus et singulis nobis et eis silentium imponimus sempiternum, ac bonum finem, et pactum perpetuum vobis et vestrum singulis facimus de ulterius aliquid non petendo, seu inquietando vos seu bona vestra in judicio vel extra, rationibus antedictis; si, et prout melius et utilius dici possit, scribi, et intelligi ad vestri et vestrorum sincerum et perpetuum intellectum. Exceptis tamen et retentis criminibus haeresis, sodomiae, simoniae, usurae, falsatoris monetae, homicidii voluntarii, et lesae majestatis, mutilationis membrorum, et raptu mulierum; exceptis etiam casibus in quibus compositio est jam facta, et illis praesbyteris seu clericis inculpatis, seu delatis de criminibus perpetratis occasione bandositatum civitatis Xativae, ac Petro Coria, et Petro Dares, praesbyteris Valentiniis, ac illis qui inventientur fore consentientes, vel fuerint inculpati de vulneribus Johannis Riera, et Francisci Martorelli, quos in remissionibus et gratiis supradictis non intendimus aliquatenus comprehendi, nisi forsitan inter fiscum nostrum et aliquem de dictis vulneribus inculpatum per sententiam, transactionem, compositionem, vel alias negotium fueroit jam finitum. Ulterius de gratia speciali concedimus vobis universis et singulis rectoribus, vicariis, et praesbyteris civitatis et diocesis praedictarum, quod possitis ad invicem vos in confessione absolvete de casibus episcopo reservatis, quos vobis committimus cum praesenti totiens quotiens volueritis confiteri. Exceptis aliquibus casibus consuetis episcopo specialiter reserveri. Concedimus etiam vobis universis et singulis rectoribus beneficiatis civitatis et diocesis praedictarum, quod per biennium continuum possitis et valeatis missas votivas et tricenaria scilicet vos

dicti rectores usque ad summam XII librarum, et beneficiati usque ad XV libr. licet celebrare vestris beneficiis serviendo. Item vos dicti beneficiati possitis vestris beneficiis per substitutos idoneos per dictum biennium facere deservire; quibus tamen substitutis pro dicto servitio centum solidos anno quolibet, et non minus solvere habeatis. Alioquin hujusmodi nostra gratia nullius penitus sit valoris. Constitutione, vel ordinatione contrariâ non obstante; ipsa tamen post lapsu dictum biennium in suo robore duratura. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum praesentem cartam nostram vobis fieri volumus, nostri sigilli munimine roboratam. Dat. Valentiae 15 die Octobris anno à Nativ. Domini M.CCCC.—*Hugo episcopus.*

XVI.

S. Thome à Villanova archiep. Valent. convocatio ad synodum celebr. ann. 1548.

EX AUTOGR. IN ARCH. ECCL. SETAB.

Frater Thomas de Villanova, Dei et apostolicae sedis gratia archiepiscopus Valentinus, reverendis ac venerabilibus in Christo dilectis capitulo, canonicis, dignitatibus nostrae ecclesiae metropolitanae Valentinae; ac aliarum collegiatarum ecclesiarum dioc. Valentinensis, abbatibus, rectoribus, vicariis perpetuis, ceterisque praesbyteris curam animarum exercentibus, quibus interest à jure episcopali synodo assistere, salutem in Domino. Quum per statuta sanctorum patrum, et sacros canones dispositum sit, et ordinatum quod quilibet episcopus in sua dioc. ad determinandum causas ecclesiasticas (quae) interveniunt, necnon ut qui laesi se extimaverint justitiam petere possint,

DE DOCUMENTOS.

311

et synodalem expectare sententiam, ac pro corrigendis excessibus, et moribus reformandis, ac aliis rebus, et negotiis Christi servitium, et divini cultus augmentum bonumque et utile suae dioc., totiusque cleri, ecclesiarumque, et plebis honestatem, reformationem, bonumque statum concernentibus, pertractandis, statuendis, et ordinandis, singulis annis synodus congregare ac celebrare teneatur: et propter longam, et diuturnam nostrorum praedecessorum absentiam, quod nimis dolendum est, in hac nostra dioc. Valentinâ per centum et eo amplius annos nulla synodus celebrata sit: cupientes saluti animalium providere, et quae ad officium nostrum et curam pastoralem attinent debitâ sollicitudine adimplere, in hac nostrâ ecclesiâ Valentinâ episcopalem synodus cum Dei adjutorio et favore die duodecimâ mensis Junii proximè venturi celebrare decernimus, et ordinamus; providè vos omnes et singulos supradictos exhortamus, moneamus, et in virtute sanctae obedientiae mandamus, quatenus postquam per has nostras litteras citati, et moniti fueritis, ad dictam diem per vos aut per vestros legitimos procuratores, si infirmitas, aut aliud canonicum impedimentum non intercesserit, in hoc nostro palatio Valent. die supradictâ compareatis, et assistatis, super praemissis, et aliis dictam synodum concernentibus debitè propositurî, tractaturi, et provisuri, sicut rerum necessitas, et commoditas exegerit. Alioquin in et super praemissis, prout juris et rationis fuerit, vestri absentiâ in aliquo non obstante, verùm contumaciam exigente, in dictâ synodo procedemus. Super praesentatione vero vobis de praesentibus faciendâ relationi latoris earundem fidem indubiam adhibebimus. Datis et actis in palacio nostro archiep. Val. die XII mensis Maii ann. à Nat. Dom. M.D.XXXXVIII.

—Fr. Thom. arch. Valent.

Carta de Santo Tomás de Villanueva, arzobispo de Valencia, al cabildo de Xátiva, exhortándole á que nombre procurádor para el sínodo, cuya convocatoria les incluía (a).

A los muy reverendos señores los señores canónigos y capítulo de la iglesia de Xátiva.

Muy reverendos señores: viendo la necesidad que hay de reformar algunas cosas en esta diócesi, y que ha tanto tiempo que por la ausencia de los perdidos no se ha celebrado sínodo, nos ha parecido para cumplir á lo que somos obligados en este cargo pastoral, de convocar sínodo para doce del mes siguiente, como mas largamente vereis por las letras de la convocación, que el portador de la presente hos presentara: cumple que luego ayuntando capítulo, elijais un canónigo dese iglesia que venga con poder bastante del capítulo para asistir al sínodo, y procurar todas las cosas tocantes á essa iglesia y capítulo en vuestro nombre. Y porque soy cierto que en ésto no habrá negligencia, no alargo mas. Nuestro Señor vuestras muy reverendas personas guarde en su servicio; de Valencia à XXII de Mayo; año de MDXXXXVIII. Vester F. Thomas arch. Valentino.

(a) Copiado del original del archivo de la iglesia de Xátiva.

XVII.

Testamentum et codicilli ordinata à D. Fr. Raymundo de Ponte, episcopo Valent. anno 1312 Tarracone quo cum aliis episcopis ad concilium provinciale venerat, ubi et mortuus est die 15 Novembris.

EX ARCH. ECCL. CATEDR. VALENT.

In nomine Domini. Amen. Ego frater Raymundus miseratione divinae episcopus, ad honorem Dei, et beatissimae Mariae virginis Materis ejus, et omnium sanctorum, et in remedium animae meae et omnium fidelium defunctorum condо ultimum meum testamentum, et eligo manumissores et executores meos Berengarium, Marci, Sacristani Val. et Guillermum de Valleviridi, canonicum ejusdem, qui ordinent, et faciant de omnibus bonis meis prout inferius inventerint ordinatum.

In primis eligo sepulturam mean in capellâ omnium sanctorum sedis Val. ita quod ante altare omnium SS. in carnerio ibi facta, et quod ibi jaceat corpus meum donec carnes fuerint consumptae, et tunc reponantur ossа in tumbâ jam per me factâ, existente in pariete dictae capellæ. Et pia eleemosynâ ad emendum censualia dimitto et lego quadraginta mill. sol. regal. Valen., quos Bernardus Zanou tenet, sicut ipse mihi reddidit rationem quando recessi de Valentia, et dedit in scriptis in quodam quaterno papiri quem michi tradidit, et est in quodam caxiolâ meâ.

Itein lego pro emendis censualibus ad opus eleemosynæ praedictæ omnes intratas quas dictus Bernardus Zanou recepit, et debet recipere pro censuali de Alcharea quae empta fuit pro dictâ eleemosynâ anno praeterito.

Item lego pro fabricâ sed. Val. fructus et proventus decimorum et aliorum, spectantes ad episcopum Valentiae in Muroveteri et in Algezirâ, et terminis ejus, de quibus secundum constitutionem eccl. Val. possum testari et ordinare per annum continuum et perfectum post mortem meam.

Item cum dictus Bernardus Zanou tradiderit michi in dicto quaterno scriptum quod debebantur michi octuaginta mill. sol. reg. Val., et aliquid plus de redditibus ad me spectantibus à trecentesimo primo anno usque ad duodecimum annum praesentem, dimitto quadraginta mille sol. dividendorum ad arbitrium Berengarii Marci, sacristae Val. et G. de Valleviridi; unâ cum Bernardo Zanou inter pauperes, qui sine culpâ suâ in emptionibus, quas fecerunt de redditibus meis casu fortuito aliquid perdiderunt.

Et de résiduo volo quod inter pauperes verecundos, necnon et religiosos civitatis Val. ad arbitrium praedicatorum Berengarii et Guillelmi fiat divisio. Ita tamen quod dentur fratribus praedic. Valent. tria millia sol. ultra tria millia quae jam eis dederam, et credo quod sint in tabula Bernardi Planelli campsoris. Sic quod in universo sint sex mille sol., de quibus emant censualia pro vestiturâ fratrum: habeant et partem unam de distributione praedictâ, prout continget eos.

Et conventus praedicatorum Xativae habeat mille sol., et nichilominus partem sibi contingentem de dictâ distributione.

Item cùm dictus Bernardus Zanou dedit mihi scriptum in praedicto quaterno, quod redditus mei duodecimi anni ascenderant ad quantitatem centum viginti mill. novem sol., de quibus nichil dicebat se adhuc recepisse; volo quod deductâ manutentione familiae meae, et eleemosynâ

faciendâ quibusdam pauperibus pe... Valent. existentibus, tam in domo episcopali, quâm extra, quos cognoscit dictus Bernardus Zanou; quae remuneratio et eleemosyna fiat ad arbitrium praedictorum Berengarii, et Guillelmi; residuum dividatur sic quod tria mill. sol. mittantur apud Fragam (a) dividenda inter pauperes de parentelâ meâ, et dentur viginti mill. sol. pro captivis redimendis.

Item cùm dico mill. sol. debeantur pro ultramarino passagio faciendo de pretio domorum ordinis saccorum, quae fuerunt reposita in tabulâ Bernardi Planell, camporis Val., dentur dicto passagio, si sunt ibi.

Si autem receptae vel levatae fuerint nomine meo per Patilianum Gamhir procuratorem meum, reddantur et solvantur de quantitate superiùs nominatâ.

Item dentur de quantitate praedictâ cuilibet monasterio fratrum praedicator. extra regnum Valent. per terram regi Aragoniae ei immediatè subjectam constitutorum, viginti libras regal. Valent.

Item volo quòd dentur quatuor mill. sol reg. Val. de quibus emantur redditus annuales in ortâ Fragae, vel locorum circumstantium, de quibus redditibus fiat eleemosyna anno quolibet in mense Aprilis vel Maii die quolibet pauperibus verecundis et aliis ad arbitrium Bernardi de Onte in vitâ suâ, et post mortem ejus, illius, vel illorum qui sibi successerint, vel haeres extiterit, et postmodum in perpetuum sic fiat. Quod autem de quantitate duodecimi anni superius nominati remanserit, lego et dimitto ad opus claustrî sedis Val. faciendi.

Item dimitto summa in fratribus Thomae quae est in quatuor voluminibus, quorum primum habet frater Michael de Fraga, conventui fratrum praedic. Xativa. Et summa

(a) Oppidum in Aragoniae regno, hujus episcopi natale solum.

etiam contra gentiles et psalterium glossatum et apostilatum cum apostillâ fratris Nicolai cum bibliâ majori.

Item libri fratris Bernardi quondam archidiaconi Val. volo quo reddantur juxta ordinationem suam.

Item bibliam meam minorem dimitto conventui Illerdae.

Item sententias, et primum, et secundum et quartum fratris Thomae super sententias, et Morale Job, et Exameron, et scriptum beati Gregorii super Ezequiel in uno volumine, et apostillam super Apocalypsim, et super Ecclesiasten in uno volumine relinquo conventui fratrum pr. Valentiae. — Item concordantias bibliae lego conventui fr. praed. Xativae. — Item sermones dominicales et sacerdoriales qui incipiunt post pascha, dimitto fr. G. de Segur de ordine fratrum minorum. — Item librum cum cooperatorio viridi, qui incipit, *Abstinentia*, et decretum quod emi à p. Gomir cum duobus voluminibus lecturae decreti, quae fuerunt Olivarii quondam canonici Val., lego capellaे praedictae omnium SS., et volo quo ponantur in capellâ praedictâ, et ligentur singulis catenis, ita quod non possint extrahi inde.

Item scripta fratris Thomae super evangeliis in tribus voluminibus cum sermonibus sanctorum qui incipiunt: *Eduxerunt....*, et cum distinctionibus quae incipiunt *Abs conditur malum*, dimitto successori meo. Alios libros, quos habeo in theologiâ, volo distribui inter fratres qui mecum erint in die mortis meae per praefatos Bérengarium et Guill.

Item apostillam fratris Nicolai super Ecclesiasticum dimitto fr. Michaeli de Fraga de ordine praedicator. Item usum bibliæ minoris, et librorum aliorum quos supra relinqu conventibus fratrum praedicatorum Valentiae, et Xativae, dimitto dicto fratri Michaeli de Fraga in totâ

vitâ suâ, si tamen in eodem ordine steterit; post mortem vero suam, vel si contingere eum ad alium ordinem transferri, volo quod sint conventum, prout eis per me superius sunt legati. Libros capellae feriales dimitto capellae S. Bartholomaei Fragae. Capelles albam et nigram et rubeam minorem dimitto capellae praedictae omnium sanctorum. Rubeam majorem dimitto sedi Valentiae. Viridem conventui fratrum praedicatorum Xativae. Mitras meas, chirothecas et baculum pastoralem cum pede argenteo et missale novum jam factum dimitto successori meo et ecclesiae Valentinae. — Annuli quos habeo volo quod vendantur, et praetium eorum detur pauperibus per praedictos Berengarium et G.

Decretales, apparatus Ostiensis in duobus voluminibus summam Ostien. decretum et codicem, et omnes alios libros juris volo vendi per manumissores meos, et praetium eorum dari pro animâ meâ et illorum pro quibus exercui advocationis officium. — Lecturam archidiaconi super decretum, quam dederat mihi P. de Villarasa, si vult eam recuperare, recuperet, et restituat Innocentium quem tenet, qui vendatur cum aliis libris, et praetium distribuatur. — Idem fiat de dictâ lecturâ, et praetii ejus, si eam non recuperaverit dictus P.

Duo responsoria, sanctorale et dominicale ponantur ante cathedram succendoris in parte illâ in qua ego sedere consuevi cum singulis catenis. Innocentii apparatus cum cooperturâ albâ fuit Berengarii de Quaranta, vendatur, et praetium detur amore Dei pro ejus animâ, et meâ, quia ego credo quod dictus Berengarius debet mihi quinquaginta florenos. — Item lectura Odofredi cum coopertorio rubeo super codicem credo quod fuerit Geraldus de Albalato, vendatur, et praetium detur amore Dei. — Expositio super Genesim cum coopertorio viridi

sit praepositi eleemosynae qui pro tempore fuerit. — Qui-dam libri minuti, qui sunt in studio superiori, dentur Bartholomeo de Caneto, et fuerunt sicut credo, avunculi sui, vel magistri Bernardi Gaucerandi, et faciat aliquam eleemosynam pro eis, vel dentur amore Dei.

Lectus meus et omnia apparamenta lecti, et vestes, quas dimissero, dividantur per manumissiores meos inter pauperes fratres extraneos, qui tunc fuerint in conventibus Valentiae, et Xativa; ita tamen quod fratribus, qui mecum erunt, dentur quatuor tunicae, et quatuor habitus de melioribus.

Utensilia et alia apparamenta coquinae, et totius domus quae remanebunt, dimitto in domo, sicut erunt tempore mortis meae; nec alibi distrahantur. — Item argentum novum volo quod vendatur, et de practio ejus solvantur expensae sepulturae meae, quas volo fieri temperatas; et si quid residuum fuerit, detur pauperibus. Et est sciendum quod sunt sex baciles argenti, item triginta sex scutellae majores argenti, et decem minores, quae grelia vocantur. Item quinque cisi argenti. Item tres copes cum sobrecopis, et unum sobrecope sine cope argenti. Item viginti duae taciae argenti. Item duo pixeria argenti. Item viginti novem cloquearia argenti.

Item annulus episcopalis cum saphiro, et smaragdis in circuitu saphiri, et quedam crux parva argent restituatur executoribus testamenti Joannis de Turrifranca quondam sacristae Ilerden. Etsi forte executores ostenderent aliquam scripturam in qua contineatur quod ego plus recepi de annulis vel aliis jocelibus à dicto sacristâ, in veritate quâ Deus est, praetererit quod scriptum est, et quod emi ab ipsis executoribus totum recuperavit dictus Joannes de Turresancta (a) in vitâ suâ. Illud quod ego emi à

(a). Superius dixit Turrifranca.

dictis executoribus, scit Michael Brescha, qui solvit praetium eis.

Si quae debita mihi debentur ab aliquibus, volo quod recuperentur, et addantur pecuniae, quam lego eleemosynae supradictae. Haec est ultima mea voluntas quam feci in vigilia Omnium Sanctorum apud Tarrachonam in domo praedicatorum die Martis pridie calendas Novembris anno Domini M.CCCXII.

Secunda ordinatio.

Ego frater Raymundus de Ponte, divinâ miseratione Valent. episcopus illud quod ego mando in testamento de remunerazione familiae, declaro sic, quod Peregrino de Ponte dentur mille sol. regal. Val. et mula mea in qua consuevi equitare. — Item Simoni del Amazgial mille sol. — Item Pet. Zavall presbytero mille sol. et mula in qua equitat. — Item Ferrario scriptori meo ducenti sol. — Item Michaeli de Rotlâ septingenti sol., sine trecentis quos sibi his diebus dedi, sive commodavi, et sic istos etiam sibi dimitto. — Item Poncio de Almanarâ quingenti sol. et quingentos quos mihi debet, etiam ei dimitto. — Item fratri Michaeli de Fragâ quingentos sol. cum quibus possit remanere Parisiis in studio, ubi est. — Item omnibus Trotariis (^a) qui modo mecum morantur, cuilibet viginti sol. pro quolibet anno quo mecum fuerunt. — Item Dominico Costa, ultra illos ducentos sol. quos nuper dedi sibi Valentinae, dimitto XL. sol. pro quolibet anno quo michi servivit. — Item Bernardo de Torrente militi mille sol. Et quia ipse dicit, ut audio, quod ego promissi sibi quinque mille sol., numquam promissi sibi, sed in matrimonio suo dedi sibi mille sol.: dedi etiam sibi his diebus Barchinone unum rocinum, qui constituit michi à Ber-

(a) Cursoribus, vel pedissequis.

nardo Zanou octogentis sol., et ipse scit praetium; dedi et sibi unum mulum quem emi à rectore de Benaguacir, praetium autem scit Bernardus de Nuce, et praeter haec multoties dedi sibi. — Item Dominico Melet mille sol. — Haec autem feci scribi in meâ praesentiâ in domo fratrum praed. Tarracone in infirmitate constitutus per fr. Bernardum Durandi socium et confessorem meum ann. MCCCXII die sabbati post festum Omnium Sanctorum pridie non. Novembris.

Tertia ordinatio.

Cum ego frater Raymundus, miseratione divinâ Val. episcopus, ordinavi de totâ pecunia Valent. reddituum episcopatus istius XII anni, ac si omnes redditus et pecunias ad me spectarent, et postea, Deo inspirante, invenerim in corde meo quod redditus istius XII anni non pertinent ad me nisi usque ad diem obitus mei pro ratâ temporis quo ego vixero, et residuum spectabit ad successorem, sicut ego credo; ideoque haberentur legata quae feci de istis redditibus diminui; ordino, mando et volo quod nullum legatum diminuatur, nisi legatum quod feci pro claustro sedis Valentiae faciendo, et alia legata completem solventur, et si nichil in illo legato claustri remaneat. Volo etiam quod de ordinatione quam feci de LXXXIII mill. sol., qui debentur michi de debitibus antiquis, quod XL mill. dividerentur illis qui emerunt à me redditus, et perdiderunt sine culpâ suâ, quod illud stet sicut ordinatum extitit in ordinatione quam feci in vigiliâ omnium SS. Quod autem ibi dicitur quod residuum divideretur inter religiosos et alios pauperes civitatis et diocesis Valent., volo et ordino quod triginta mill. sol. tantum de illo residuo dividantur inter religiosos et pauperes supra-

DE DOCUMENTOS.

321

dictos. Residuum remaneat pro expensis quae habebunt fieri in deportando corpore ad Valent. et sepultura. Si quid deficeret suppleatur de debitibus quae michi dominus rex debet, cui supplico quod in solutione debitorum sit favorabilis, propicius, et benignus. Et recognosco me fecisse tres ordinationes quarum primam feci in vigilia Omnium SS. et est sigillata sigillis dominorum archiepiscopi Tarrachone, et Caesaraugustae, Dertusen. et Oscen. episcoporum. Secundam heri quod fuit dies sabbati, et est sigillata sigillo domini Caesaraugustae, et mei. Et tertiam istam quam modò facio die dominicâ post festum Omnium SS. in mane, quam volo sigillari sigillo meo et episcopi Caesaraugustani.

Quarta ordinatio.

Ego frater Raymundus, miseratione divinâ Valent. episcopus, volo et mando quod Bernardus Zanou remaneat in officio suo, colligendo omnes redditus et debita mea tandiu donec fuerint plenè et integrè collecta, et respondeat sicut collegerit dictis Berengario Marci, sacristae, et Guillelmo de Valleiridi, canonico, manumissoribus meis; et ipsi manumissores de consilio ipsius Bernardi, qui in hiis et in aliis factis meis est instructus, faciant et compleant prout per me est jam in testamento ordinatum.

Item dimitto Catarinae, filiae quondam Peregrini de Ponte, in adjutorium matrimonii sui tria mill. sol.; qui sibi solvantur de quinque mill. sol. quos mihi debet Rodericus de Castris, et residuum dictorum quinque mill. sol. scilicet duo mill. sol. dimitto filiae P. de Ontinyent, et etiam tria mill. sol. ultra illos duos mill. sol. qui solvantur sibi de debito seu debitilis, quod, seu quae dominus rex michi debet.

TOMO IV.

X

Item dimitto sorori Raymundi de S. Joanne mille sol. quos volo quod solvantur de debitibus praedicti domini regis.

Item cum ego ordinaverim in secundâ ordinatione, quam scripsit frater Bernardus Durandi, et est sigillata sigillo domini episcopi Caesaraugustani, et mei, quod cui-libet trotario darentur viginti solidi pro quolibet anno, quo mecum fuerunt; volo quod addantur alii viginti solidi, ita quod quilibet habeat XL solidos pro quolibet anno.
 — Item volo et mando quod cuilibet azemblario (*a*) mecum sunt, dentur pro quolibet anno, ultra mercedem quam accipiebant, triginta solidi.

Volo etiam et mando quod mille solidi, quos in se-cundâ ordinatione dimitto Dominico Malet, intelligantur illi mille solidi, quos per Bernardum Zanou sibi jam Va-lentiae dati mandavi.— Item volo quod dentur et solvan-tur Michaeli de Rotla trecenti solidi regalium, quod asse-rit se expendisse in servitio nostro in viatico Almeriae.

Item dimitto Petro Bertrandi quadringentos solidos.
 — Item dimitto Joanni cursori meo, Dominico Vallares, et Garciae Lopiq̄ repostariis, et Dominico cocastro, cui-libet quadraginta solidi pro quolibet anno quo mecum fuerunt.— Item dimitto Michaeli Bresca ducentos solidos, quos dixit se expendisse in apparamento quod fecit ratio-ne viatici Almeriae.— Item volo et mando quod praedicto Bernardo Zanou fiat complementum mille sol. pro quolibet anno quo in servitio meo fuit.— Item di-mitto mulum album Dominico Maloc (*b*) praedicto.— Item dimitto Michaeli Ricoma ducentos solidos quos si-bi dare promissi in curiâ. Omnia alia bona mea, ubicum-que sint, et debita quae mihi ab aliquibus debentur un-

(*a*) Mulioni, quod nostris est azemblario. (*b*) Superius *Malut*.

DE DOCUMENTOS.

323

decumque, volo quod dentur et expendatur in piis causis
et locis ad arbitrium et cognitionem dictorum manumis-
sorum meorum.

Item volo quòd opus quod ego mandavi fieri Bernar-
do Zanou in domo praedicat. Valent. compleatur secun-
dum quod ego mandavi eidem. — Haec est quarta ordina-
tio quam feci die jovis quae dicebatur V idus Novembris,
et eam mando sigillari sigillo meo, et prioris provincialis
praedicatorum provinciae Aragoniae.

Quinta ordinatio.

Ego frater Raymundus, miseratione divinâ Val. episco-
pus, volo et mando Machario de Bareyns civi Tarraconaë
quòd pecuniam, et alias res omnes quae sunt in quadam
caxia quae est in domo dicti Macharii, quas à me tenet
in comandâ, det et tradat fratri Bernardo Durandi ord.
praedicat. socio et confessori meo, et Dominico Zavall pres-
bytero et Michaeli Bresca de domo meâ; ita quod ipsi,
si me mori contingat in Tarraconaë, de praedictâ pecuniâ
faciant expensas et alia necessaria ad portandum corpus
meum apud Valent. Et totum residuum volo quòd ipsi
teneantur dare et tradere Berengario Marci, sacristae Val.
et Guillelmo de Valleiridi, canonico ejusdem, manumis-
soribus meis. Volo et mando quod praefati, frater Ber-
nardus, P. Zavall, et Michael Bresca accipient omnia alia
bona mea, quae habeo Tarracone, et portari faciant apud
Valent., et dictis manumissoribus meis tradant. — Hu-
*cusque exemplar unde haec descripsimus; pauca tamen
desunt, et fortassis sola subscriptio.*

XVIII.

Jacobi I Arag. regis diploma, in quo se paratum factetur ad reddendam satisfactionem ob injuriam Gerundensi episcopo illatam.

EX ARCH. MONAST. DE BENIFAZA.

Nos Jacobus, Dei gratia rex Aragonum &c. ad consilium, et cohortationem fratris Desiderii, domini papae poenitentiarii (a), recognoscimus in facto mutilationis linguae episcopi Gerundensis graviter excessisse, et universalem matrem in eodem facto immaniter offendisse; animum nostrum ira, et indignatio maxima perturbat; propter quod dolentes contriti et humiliati, à Deo, et à summo pontifice ejus vicario in terris veniam suppliciter postulamus, in signum verae contritionis nostrae promittimus quod per litteras nostras patentes à dicto episcopo injuriam passo postulabimus veniam devotè, quod per litteras nostras domino papae supplicabimus, quod non obstantibus litteris et precibus affectuosis, quas pro ejecutione ejus de regno nostro direximus (b), faciat quod ei utilius videbitur faciendum. Ita quod si in loco suo ipsum dimiserit, gratum habebimus, et pro injuria illata ecclesiae Gerundensi satisfactionem faciemus, alterum istorum faciendo, aut instruemus hospitale, vel complebimus abba-

(a) Erat hic fratr. ord. mil. ad Jac. Arag. regem miserat, ut eum ad hanc dandam satisfactionem hortaretur.

(b) Ex his conjicitur Jacoborum, quem Innocentius IV tulasse absolutionem, et exilii sententiae in episcopum latae confirmationem.

ciam de Beniffazano ordinis cisterciensis jam de novo incoptam, vel complebimus hospitale Sancti Vincentii in civitate Valentiae, vel aliquos redditus assignabimus ecclesiae Gerundensi, secundum quod domino papae melius videbitur expedire. Et quia multi de regnis nostris, credunt (*f. credentes*) nos contra ordinem praedicatorum indignatos, subtraxerunt eis suam familiaritatem et beneficia, timentes se ex eorum familiaritate nostram malivolentiam incursuros: promittimus quod ad omnia loca regnum nostrorum, in quibus dicti fratres habent loca, personaliter accedemus, humiliter nos eis reconciliantes, et eosdem ad nostrum amorem reducentes pristinum, et populo, et clero earundem civitatum communiter convocatis significabimus nos contra ordinem fratrum praedicatorum in nullo esse offensos, sed eos diligere volumus, honorare, et promovere (*a*). Et praecipiems quod idem faciant omnes nostri. Et convocabimus curiam praelatorum et nobilium, et civium regnum nostrorum, coram omnibus super praedicto scelere recognoscentes humilianter culpam nostram, per omnem modum taliter nos humiliantēs; quod sicut in magnitudine reatus materiam scandali praebuimus eisdem, ita in maxima nostri humilatione aedificationis materiam praestabimus Domino concedente. Et haec omnia dicemus et faciemus salva semper conscientia, et prævia veritate. Dat. Valentiae nonas Augusti (*b*).

(*a*) Episcopus offensus erat ordinis praedicatorum.
Berengarius de Castellbisbal, (*b*) Ann. 1246.

XIX.

*Eiusdem Jacobi I Arag. regis epistola ad Innocentium IV
in qua hujus criminis optatam absolutionem expostulat.*

EX ARCH. EJUSD. MONASTERII.

Sanctissimo in Christo patri, ac domino, et charissimo consanguineo suo Innocentio, divinâ providentiâ sacro-sanctae romanae ecclesiae summo pontifici, Jacobus Dei gratiâ rex Aragonum, Majoricarum et Valentiae, comes Barchinonae, et Urgell, et dominus Montispesulani, debitam reverentiam, et honorem. Ex parte sanctitatis vestrae litteras recepimus super facto, pro quo vinculum excommunicationis incideramus, quod multum grave gerimus, et molestum, quoniam nulla de causa justè vel injustè nobis placet, nec numquam placuit, tantum periculum incurrisse. Sed de illo, qui nos permittit in terris vivere et regnare fiduciam gerimus pleniorem quod auxilio ipsius, et vestris mediatis taliter faciemus, quod onus istud ab humeris nostris relevabitur, et numquam in consimile relabamur. Et licet aliquibus verba litterarum vestrarum visa fuerint aspera, atque dura, tamen nos ea benignè recipimus, et correctionem vestram intelligimus pro magnâ gratiâ, et amore, et sanctitatis vestrae consilium, sicut obedientiae filius amplectentes vos semper, et ecclesiam super omnia proponimus revereri, nec aliqua ratione à tramite ecclesiae deviare, vel ipsam in aliquo scandalizare vobis grates omnimas reffendo quando fratrem Desiderium, vestrum poenitentiarum, virum providum et discretum nostris postulatis transmisistis, per cuius verba sensimus quod quantum in personâ vestrâ persistit, omnem quantum commo-

DE DOCUMENTOS.

327

de potestis nobis parati estis facere gratiam et honorem. Unde humiliter supplicamus, quatinus considerantes bonam voluntatem nostram, quam semper Jesu Christi erga ecclesiam habuimus, Nobis in praesenti articulo sitis favorabiles et benigni, et propter hoc factum vobis non placeat, quod illa ardua negotia, quae coram nobis dictus frater proposuit, hac ratione veniant ad effectum. Nos enim propter aliquas suggestiones inde maledicos contra vos in aliquo non proponimus deviare, cum simus parati in minoribus negotiis, et majoribus deservire. Vos tamen si placuerit, nos excusatos possit perpendi ab hominibus, ut propter hoc factum, et infamiam subsequentem vobis servitium faciamus. Scitis enim et considerare potestis confidenter, quod circa dampnum ecclesiae sumus parati per personam nostram, et pro posse nostro exponere contra illos, qui eam expugnant, et perturbare nituntur, vobis tamen prospicientibus opportunitatem nostram et vobis non prospicientibus motus metum, cui subjici semper proponimus pro evictione vestra, ecclesiae libertate. Credentes insuper venerabili et dilecto A. episcopo Valentino, et dicto fratri in hiis, et aliis quae vobis ex parte nostra duxerint proponenda. Nobis igitur contritis, et humiliatis de tanto excessu perpetrato, et humiliter satisfacere paratis secundum quod dicto fratri vivâ voce exposuimus, sine morâ mittere dignemini absolutionis beneficium expectatum. Attendentes quod alias non meminimus nos in aliquo ecclesiam offendisse, nec dante domino, de coetero offendemus. Supplicamus etiam, quod per eundem fratrem, per quem animae nostrae consuli pietate benignissimâ voluistis, Nobis et qui nobiscum fuerint si placet, absolutionis beneficium transmitatis; visum est Nobis quod ad viam salutis ejus salutare consilium nos direxit. Dat. Valentiae nonas Augusti.

XX.

*Innocentii IV ad Jacobum I epistola, in qua certiorem
eum facit de sibi concessso absolutionis munere.*

EX ARCH. EJUSD. MONAST.

Innocentius episcopus servus servorum Dei. Illustri regi Aragonum spiritum consilii sanioris. Dum secreta cordis nostri sollicitè perscrutamur, dum profunda nostri pectoris perspicuè indagamus, et nos debitores aliis evidenter agnoscimus, et aliorum nos etiam prospicimus creditores. Ab illo autem bono patre familias protinus et instanter à nobis exigitur debitum, qui peregrè proficisciens familiam suam sollicitudini nostri subposuit, cui nullum qu credidit reddere cogimur duplicata; nam qui talentum sibi ad lucrum creditum propter austeritatem domini sub terra posuit, quia illud numulariis tradere metuit, signanter à domo ipsius domini est ejectus. Sed vice versa ecclesiae romanae sublimitas, quae in omnium praesidentium oculis, vel ut specula collocatur, nos, qui sumus ad ejus regimen licet immeriti, disponente Domino, constituti, amonet, et inducit ut ex hiis quos ex devotione divina et morum honestate praeclarâ dilectionis gratiâ prosequimur ampliori, sollicitam diligentiam et curam per vigilem habeamus; de illis autem potissimè, qui, si quod absit, in praecipuum labuntur nonnulli eorum exemplo ad animarum interitus properarent. Sed subtiliter intuenti mirabilis conditionis utrumque debitum apparebit, cuius haec solutio emolumenta non minuit debitoris, et solventi non crescit magis in comodo, quam suscipienti proficiat in augmento. Qui, si satisfacimus praepontenti vel

DE DOCUMENTOS.

229

diligentis praepositi officium impleamus, aeternae retributio-
nis stipendia quaerimus, dum proficimus in salute.
Verum si jussu Dominico nobis loco Christi cuius vices
in terris gerimus, redditur, quod est ejus emolumentum
solutionis fert, in tantum solventi relinquitur, dum vo-
bis recipientibus non magis commodi et honoris acqui-
ritur, quam vexationis et honeris aggregatur. Ea nam-
que sunt omnia, si vera inspicimus, subjectorum levamina
quae sunt honera principatus. Intellecto te igitur in ve-
nerabilem fratrem nostrum episcopum Gerundensem ins-
tigante humani generis inimico graviter excessisse, cum
inter alios mundi principes ecclesia te habuerit spetialem,
propter immanitem excessus non potuimus non dolere,
ac in perturbatione tua nequivimus non turbari; et cum
mundus agnosceret te regem hactenus virtuosum, dissi-
mulare nequivimus, quin etiam de animae tuae salute cu-
ram sollicitam haberemus; cum indubitanter excessus ille
dissimulatus inducebat periculum, et reprobatus remedium
sempiternum. Propter quod de fratribus nostrorum con-
silio ad te dilectum filium nostrum Desiderium de ordi-
ne minorum, poenitentiarium nostrum, virum honestum,
providum, et discretum litteris nostris duximus transmit-
tendum, ut suis exhortationibus, immo nostris, te ad si-
num matris ecclesiae reducere procuret. Sed sicut tuarum
habebat assertio litterarum, et coram nobis et fratribus
nostris ipsius relatio patefecit, recipiens in nuntio trans-
mittente verba coram excellentia proposita gratanti ani-
mo recepisti, et tam missus quam mittentis propositum
sereni talamis tuae serenitatis oblatum tuis sensibus pluri-
mum placuerunt. De quo gaudemus in Domino, tibi non
modicum congaudemus. Et quia cum Iaeso satisfacere
procurasses, ad ulteriorem te satisfactionem exponens,
corde contrito et humiliato spiritu absolutionis beneficium.

330

APENDICE

petivisti, de dictorum fratrum consilio venerabilem fratrem nostrum episcopum Camarinensem, et praefatum fratrem Desiderium de ordine minorum, poenitentiarum nostrum transmittimus, qui tibi juxta formam ecclesiae munus absolutionis impendant: sperantes ut sicut fidelitate constans, et dilectione sincerus hactenus extitisti, ecclesiae romanae ac nobis devotè ac fideliter adherendo, tua semper in posterum debeat intentio dirigi, ut divinae majestatis oculis placeas pro operibus pietatis, quia per haec tibi augmentum dierum dabitur, et perennis corona gloriae conferetur. De gratia quoque ac favore apostolicae sedis et nostro esto securus, quia devotionis et fidelitatis tuae non sumus immemores, et in animo gerimus tuae sinceritatis affectum in benedictionibus secundum Deum prosequi benivolentiae spetialis. Dat. Lugduni decimo kalendas Octobris, pontificatus nostri anno quarto.

XXI.

Idem Jacobus I Innocentio IV gratias agit pro absolutionis beneficio..

EX ARCH. EJUSD. MONAST.

Sanctitatí vestrae gratiarum magnificas agimus actiones, attendentes quod vos vestrum filium ac devotum non solum à rectitudinis tramite deviantes studiis ad ovile ecclésiae pastorali sollicitudine revocare, verum etiam ex solitae pietatis affluentia chàrissimos viros providos, et discretos episcopum Camerinensem, et fratrem Desiderium poenitentiarum vestrum nobis pro absolutionis beneficio misericorditer impendendo dignatione provida mittere curavistis. Unde dominationi vestrae, nec non et univer-

s praesentes litteras inspecturis harum serie facimus mani-
stum, quod nos anno M.CC. quadragesimo sexto, pri-
ie idus Octobris ad locum fratrum minorum Illerdensis
cedentes in praesentia venerabilium archiepiscopi Terra-
tonae, Caesaraugustae, Urgelli, Oscencis, Elnensis epis-
coporum, et aliorum praelatorum, baronum, religioso-
rum, ac saecularium universâ multitudine congregatâ, de
voluntate, ac mandato praedictorum nuntiorum vestro-
rum, prius excessu commisso in episcopum Gerundensem
umiliter, sicut Domino dare nobis complacuit, recog-
ito, juxta formam debitam stare promissimus mandatis
cclesiae sub praestito juramento. Qui nuntii vestri nobis
in virtute juramenti praestiti mandaverunt, quod in cle-
ricos, vel personas religiosas, nisi in casibus à jure ex-
ceptis, de cetero (non) iniciamus, vel inici faciamus ma-
ius temere violentas. Et nos pro satisfactione offensaè
commissae in persona episcopi Gerundensis, et in remis-
sionem peccatorum nostrorum ipsis nuntiis acceptantibus
satisfactionem obtulimus in hunc modum. Videlicet quod
abbaciam de Beniffazano cisterciensis ordinis Dertusensis
dioecesis, quae est noviter à nobis inchoata, cum expen-
sis nostris ad complementum perducamus, et quod fabri-
cae ejusdem ecclesiae demus CC. marchas argenti. Et hos-
pitali pauperum Sancti Vincentii de Valentia, quod in-
choavimus; assignemus D. C. marchas argenti perpetuò
in redditibus, ex quibus pauperes, et peregrini ibidem
sustententur, et certus numerus sacerdotum et clericorum
servitio ejusdem ecclesiae deputetur. Et quod constitue-
mus unum sacerdotem perpetuo in ecclesia Gerundensi,
qui intersit continuè diurnis ac nocturnis officiis, et pro
nobis ad Dominum intercedat. Dat. Illerdae quintode-
cimo kalendas Novembbris anno Domini M.CC. quadra-
gesimo sexto.

XXII.

*Formula absolutionis Jacobo I Arag. regi, ab apostoli-
cae sedis legatis impertitae.*

EX ARCH. EJUSD. MONAST.

Noverint universi, quod nos Philipus episcopus Camariensis, et frater Desiderius de ordine minorum, domini papae poenitentiarius, auctoritate domini papae, quâ fungimur super absolutione vobis J. regi Aragon. impertienda de excommunicatione, quam incurristis propter offendam in personam episcopi Gerundensis commissam, mandamus in virtute à vobis praestiti jûramenti, quod de cetero in clericos vel personas religiosas, exceptis casibus à jure permisis, non iniciatis, vel ab aliquo inici faciat mandus temere violentas. Et accepimus (f. acceptamus) satisfactionem, quam obtulistis spontanace pro offensa praedicta, videlicet quod monasterium de Benifâçano ordinis cisterciensis, per vos feliciter inchoatum dotando et aedificando taliter consummatis, ut cum ad praesens non possint ibi plusquam XXII monachi esse, valeant ibidem XL commodè sustentari; et quod fabriæ ejusdem ecclesiae CC. marchas argenti impendatis, et hospitale Sancti Vincentii de Valentia per vos similiter jam incoepum de tot, et talibus possessionibus dotetis ut reddituum sexcentarum marcharum annuatim habeat complementum; et nichilominus stabiljatis de vestris redditibus unum sacerdotem qui perpetuo deserviat et celebret in ecclesia Gerundensi. Dat. Illerdae anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, terciodecimo kalendas Novembris.

ÍNDICE

DE LAS COSAS MAS NOTABLES.

Adoratorios de Gentiles. Como se consagraban al culto divino, 125 y sig.

Aguas-vivas. Convento de S. Agustín en desierto. Si estuvo allí el antiguo monasterio Servitano, 85.

D. Agustín Sales. Impugnado, 8.

Aimonio. En qué tiempo floreció, 168. Escribió la historia de la traslación de las reliquias de S. Vicente mártir al monasterio de Castres, 2, 167 y sig. Juicio que hizo de ella el obispo Perez, 2 y sig., y el de Flórez y Risco, 167.

Alfonso de Borja (Calixto III). Quanto trabajó por la conclusión del cisma, 107. Fue electo obispo de Valencia, 107, 108. Celebró en ella un síodo, 111 y sig. 314 y sig. Edificó una capilla en la colegial de Xátiva, 109. Cartas suyas al cabildo de aquella colegiata, 269 y sig. Seguridad que tuvo siempre de que llegaría á ser papa, 110, 178, 279.

Anales. Quanto importa escribir los de los monasterios, 49, 50. Quién escribió los de Portaceli, 49.

Antigüedades. Quanto convendría destinar en los pueblos antiguos quien cuidase de su conservación, 119.

Antonio Bou. Noticias de su vida literaria, 35 y sig. Año de su muerte, 42. Está enterrado en la cartuxa de Val de Cristo, 23, 42.

Apodiare. Uso de esta voz en la infima latinidad, 240.

Aristóteles. Noticia de una versión latina inédita de su Ética, 138 y sig.

Aurora. Obra inédita de Pedro de Riga, 137. Noticia de un códice de ella, ib.

Barcelona. Su iglesia celebró la fiesta de la traslación

ÍNDICE

- de San Vicente mártir á Castres, 167.
- Benifazá*, monasterio de cistercienses. Su situacion, su fundacion y descripcion de su edificio, 148 y sig. Su biblioteca y archivo, 151, 152. Catálogo de sus abades, 161 y sig.
- Berga*. Su antigua situacion, 184, 185.
- Besalú*. Preciosa reliquia de la vera cruz que se conserva en aquella colegiata, 95.
- Biblia*. Noticia de una latina MS. 140.
- Biblia lemosina*. Su traductor D. Bonifacio Ferrer, 52 y sig. Por qué no se hallan exemplares de ella, 55. Por qué medio llegó un fragmento de esta version á la cartuxa de Portaceli, 54.
- Bibliotecas y archivos*. Su origen, 96. Noticias de algunas famosas de la antigüedad, 96 y sig. Incendios de varias de estos últimos tiempos, 97 y sig. Causas de la actual pobreza de algunas, 98.
- D. Bonifacio Ferrer*. Su tratado de *Schismate Pisano*, le publicó Martene, 19. Se ha extraviado el original, ib. Otros opúsculos suyos inéditos, 31, 55, 56, 218 y sig. Es autor de la traducción lemosina de la Biblia, 52 y sig. Año de su muerte, 34.
- Bota*, medida de tierra. Su etimología, 266.
- Computa*. Qué era, 18.
- Cárcel*. Si la de S. Vicente mártir se conserva en Segorbe, 1 y sig. Otras varias donde este mártir estuvo preso en Valencia, 13 y sig.
- Cartas hidrográficas planas*. Su invencion, 24, 25. Descripción de una muy antigua que se conserva en la cartuxa de Val de Cristo, 24 y sig. Noticia de otra del monasterio de San Miguel de los Reyes, 30, 31.

DE LAS COSAS MAS NOTABLES. 335

Castres. Si posee este monasterio las reliquias de S. Vicente martir, 2 y sig. 9.

Ceretanos, pueblos de España, donde estuvieron, 180.

Ciborium. Qué era, 124.

Claudio, obispo de Turin, calumniaba á la iglesia latina, 128. Sus impugnadores, ib.

Clemente Sanchez de Verceal. En qué lengua escribió su sacramental, 144. Version lemosina de esta obra, 144, 145.

Coadjutores. Si eran los *conversos* o *donados*, 254, 255.

Comunidades. No deben ser fáciles en enagenar los códices de sus bibliotecas, 98.

Concilio Trulano. Si prohibió representar á nuestro Señor Jesucristo bajo el símbolo de cordero, 128.

Condamina, condimina, condomina. Etimología de estas voces, 202.

Constituciones diocesanas. Quanto aprecio merecen, 143.

Noticia de algunas inéditas de Tarragona, 142, 143.

Conversos. En los monasterios quiénes eran, 171. Si eran lo mismo que los donados, 254.

Cordero. Poníase este símbolo en la cruz, y por qué, 126 y sig. Hasta qué tiempo duró esta práctica, 128.

Corporales de Daroca. Noticia de una historia MS. de este suceso, 92.

Corpus Christi. Convento de dominicos junto á Luchente, 92. Manuscritos que en él se conservan, 92, 93. Sus preciosas reliquias, 94. Maravillas que se cuentan de aquél sitio, 94, 95.

Cotalva, monasterio de S. Gerónimo. Su fundacion, 89, 90. Pinturas, códices y otras cosas notables que en él se conservan, 90 y sig.

Crucifijo. Quando comenzó á ponerse su imagen en las cruces, 128.

- Cruz.* Poníase antiguaamente sobre el tabernáculo, 124, y en los templos consagrados, 125, 131, y en los de los gentiles quando se purificaban, 125 y sig. y en los sepulcros, 131. Quando comenzó á substituirse en ella la imágen del Salvador á la del cordero, 128, 129. Fragmento de una de piedra hallada en las ruinas de la antigua Sétabis, 104. Conjeturas sobre el sitio donde estuvo colocada, 124 y sig. Su antigüedad, 129.
- Cruz decussata.* Quál era, 130. Conjeturas sobre su origen, 130 y sig.
- Cruz immissa.* Quál era, 104, 129. Si fue crucificado en ella nuestro Señor Jesucristo, 131.
- Cruz sencilla.* Quál era, 130.

- D. Diego Vich.* Memorias que dexó en el monasterio de la Murta, 81 y sig.
- Donados.* En los monasterios qué eran, 254. Si eran lo mismo que conversos, ib.

- Echard.* Entendido, 139.
- Edad media.* No fue tan bárbara como algunos creen, 137.
- Escolano.* Impugnado, 62 y sig.
- Escrutinio serotino.* Qué era, 16.
- Escudo.* El de las capas pluviales es reliquia de la antigua capilla, 118.
- Exenium.* Qué significa en los latinos de la edad media, 178.

- S. Félix de Gerona.* Noticias de su vida y martirio, 123. Es patrono de Xátiva, 99 y sig. 262 y sig. Si se venera su cabeza en S. Lorenzo el Real, 123.

DE LAS COSAS MAS NOTABLES. 337

Francisco Aranda, donado de la cartuxa de Portaceli.

Su elogio, 48, 49.

Fragmento de una cruz antigua en Xátiva. Su descripción, 104. Conjeturas sobre su antigüedad, 104.

Gandía. Su deliciosa situación, 89. Fundación de su iglesia colegial, 88. Estado de su archivo, ib.

Gaudes. Qué son, 112 y sig. Estableciélos en Valencia su obispo Alfonso de Borja, 112 y sig.

S. German, monasterio de benedictinos. Quándo fue fundado y por quién, 168. En él fue monge *Aimonio*, ib.

Gerson. No es autor de los opúsculos atribuidos á D. Bonifacio Ferrer, 31 y sig. 218 y sig.

Girovagos. A quienes se dió este nombre, 179.

Guerras civiles. Quanto daño hacen á la literatura, 80, 96.

D. Henrique, infante de Portugal. Si fue inventor de las cartas náuticas planas, 24.

D. Hugo de Lupia. Fragmento de un sínodo que celebró en Valencia, 116, 117.

Inocencio IV. Sus cartas á D. Jayme I de Aragón, 156 y sig. 328 y sig.

Inscripciones. Utilidad y uso de ellas en la historia, 78, 79. Editores de las de varias ciudades y provincias, 79.

Jayme Borrell. Algunos sucesos de su vida, 53 y sig.

Jayme de Mallorca. Náutico del siglo XV, 30.

Fr. Jayme Domenec. Su compendio de las historias, 141, 142.

D. Jayme I. Si fundó el monasterio de Benifazá, 154 y sig. Si mandó cortar la lengua al obispo de Gerona,

TOMO IV.

Y

- 156 y sig. Historia y documentos de este suceso,
156 y sig. 324 y sig.
- Joanes*. Pinturas suyas en Val de Cristo, 22, 23.
- Fr. Josef Texidor*. Su opinion acerca de la antigua iglesia
de S. Vicente martir en Valencia, 7 y sig.
- Jova, jovada, jovata*. Significación y etimología de estas
vores, 266.
- Juan Andres Strany*. Noticia de sus cartas, 57.
- D. Juan Baut. Civera*. Escribió los anales de Portaceli,
49. Por él se conservó la última hoja de la traducción
lemosina de la biblia, 51, 55.
- D. Juan Bautista Perez*. Su opinion acerca del paradero
de las reliquias de S. Vicente mártir, 2 y sig. Carta
suya al prior del convento de predicadores de Castres,
3 y sig.
- Juan Celaya*. Su patria, 69. Noticias de su vida lite-
raria, 69 y sig. Si aconsejó que se enterrasen las lápi-
das romanas de Valencia, 60 y sig. Carta de los jura-
dos á Carlos V con motivo de la llegada de este teó-
logo á aquella ciudad, 258 y sig.
- Fr. Juan de Salamanca*. Fue convidado con una cátedra
de teología en Valencia, 74.
- Juan Nuñez*. Impugnado, 75 y sig.
- Juan Partenio Tovar*. Su correspondencia epistolar con
Onofre Capella, 89.
- Jurados*. Autoridad que dió á los de Valencia el rey Don
Jayme I, 64, 65.
- Lactancio*. Noticia de un códice de sus Instituciones, 84.
- Lápidas romanas*. De algunas de ellas fueron quitados
los nombres de ciertas personas, 77, 78. Si las de
Valencia fueron enterradas en los cimientos del puente
de serranos, 60 y sig.

DE LAS COSAS MAS NOTABLES. 339

Lengua lemosina. Noticia de algunas obras antiguas escritas en ella, 140 y sig.

Libia, pueblo de España. Su antigua situación, 186.

Luchente. Su convento de dominicos. V. *Corpus Christi*.

Manuel Diez. Si escribió en lemosin su libro de *mescalia*, 136. Noticia de un códice de esta obra, ib.

Manuscritos. Noticia de los de la biblioteca del convento de predicadores de Valencia, 152 y sig.

Margaritum. Qué significa en los escritores eclesiásticos, 175, 176.

Martene. Se lamenta de la pobreza literaria de algunos monasterios de Alemania y Flandes, 80 y 81.

D. Martin, Rey de Aragón. Memorias suyas que conserva la real cartuxa de Val de Cristo, 22.

Mezquita de los moros en Xátiva. Fue después iglesia de cristianos, 105. Erigióla en colegial el papa Luna, 106. Sus primeros canónigos, ib.

Misericordia. En los rituales monásticos qué significa, 240.

Moros. Si trasladaron la ciudad de Xátiva adonde está ahora, 105.

La Murta, monasterio de S. Gerónimo junto á Alcira. Noticias de su fundacion y de las cosas notables que en él se conservan, 31 y sig.

Necrologios. Quanto importa escribir los de los monasterios, 50.

Fr. Nicolas Borrás, pintor discípulo de Joanes, 90: Colección de sus pinturas, ib.

Onofre Capella, poeta. Noticias de sus obras, 88, 89. Su patria, 89.

- Palla ó pallia.* Qué era, 203. Sus usos en la iglesia latina, ib.
- Partidas.* Noticia de un códice que contiene las quattro primeras, 135.
- Pedulias ó pedules.* Qué son, 252.
- Pedro de Riga.* Ilustracion de su mérito literario, 137.
- D. Pedro IV de Aragon.* Fundó con su hijo D. Martín el monasterio de Val de Cristo, 19 y sig.
- Pedro Ransano.* Sus opúsculos sobre la vida y la canonizacion de S. Vicente Ferrer, 272 y sig. Quantos libros tienen sus anales, 276.
- Peníscola.* Memorias del papa Luna en su parroquia y en su castillo, 147. En esta ciudad fue consagrado obispo de Valencia Calixto III, 148.
- Pons.* Enmendado, 45.
- Pontifical.* Noticia de un códice antiguo de la santa iglesia de Segorbe, 15, 16.
- Portaceli, cartuxa,* su fundador, 44. Cosas notables que en ella se conservan, 44 y sig. Códices que se han extraviado de su biblioteca, 50, 51. Noticia de algunos que posee, 55 y sig. Escritura de su fundacion, 216 y sig.
- Preste Juan.* Significación y etimología de este nombre, 26 y sig.
- D. Fr. Raymundo Despont.* Su testamento y quattro codicilos, 143, 313 y sig.
- Rey de Córdoba.* Por qué era llamado *rey mayor*, 180, 181.
- Rodrigo de Borja (Alexandro VI)* su entrada en Xáviva siendo cardenal, 115 y sig.
- D. Rodrigo Ximenez.* Noticia de un códice de sus obras, 132 y sig.

DE LAS COSAS MAS NOTABLES. 34 I

Rutenos, pueblos de Francia, donde estuvieron, 199.

Sechlat. Etimología de esta voz, 28, 29.

Segre, río. Su curso, 183. De dónde viene este nombre, ib.

Senior, obispo de Zaragoza. Juicio que hizo de él S. Eulogio, 178.

Sepulcros. En los de los cristianos solía ponerse la señal de la cruz, 131.

Santa Tecla. Convento de religiosas en Valencia, fue palacio de Daciano, 13. Memorias que en él se conservan de S. Vicente mártir, 13 y sig.

Tegimen. Qué era en la iglesia latina, 124.

Templo de S. Félix mártir en Xátiva. Peredió con el furor de los bárbaros, 104. Su antigüedad, 104 y sig. Si era distinto de la iglesia mayor, 105 y sig.

Santo Tomás de Villanueva. Memorias de un sínodo que intentó celebrar, 117 y sig. Conservan fragmentos originales de sermones suyos en la cartuxa de Portaceli, 45, 46.

Tres eres. Qué significa esta expresión, 153.

Val de Cristo, cartuxa. Su fundación, 19 y sig. 209 y sig. Noticias del estado actual del monasterio, 20 y sig.

Valdigna, monasterio de la orden del cister. Su fundación y cosas señaladas que en él se conservan, 86 y sig.

S. Vicente Ferrer. Noticias de su vida, 277 y sig. Profetizó á Alfonso de Borja que sería papa, 278, 279. Quantos años vivió, 286 y sig.

S. Vicente mártir. Varias opiniones acerca del paradero de sus reliquias, 3 y sig. Iglesia suya antiquísima en

342 INDICE DE LAS COSAS MAS NOTABLES.

Valencia, 8 y sig. Existia en el siglo XII, 9 y sig. Poseyeronla varios monasterios, 10 y sig. Quién publicó las actas de su martirio, 8. Si fue trasladado su cuerpo á Castres, 2, 167 y sig.

Umbraculum. Qué era en la iglesia latina, 124.

Xátiva. Quándo fue trasladada adonde está ahora, 105, 118 y sig. Antigüedad de su aqueducto, 120 y sig. Cuenta entre sus hijos á Calixto III y Alejandro VI, 106 y sig.

Xenium. Qué significa, 178.

Ximeno. Impugnado, 52.

Zurita. Carta suya al prior de la cartuxa de Portaceli, 56,
257.